WERLAUFF

SYMBOLAE

E6.

SYMBOLAE

AD

GEOGRAPHIAM MEDII ÆVI,

EX MONUMENTIS ISLANDICIS.

EDIDIT, PROLEGOMENIS ET COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

M. *ERICUS CHRISTIANUS WERLAUFF*

REGI A CONSILIIS JUSTITIÆ, HISTORIÆ IN UNIVERSITATE HAUNIENSI PROF. P. EXTRAORD.
BIBLIOTHECÆ REGIÆ AB EPISTOLIS.

HAUNIAE MDCCCXXI.

LIBRARIAE *GYLDENDALIANÆ* IN COMMISSIS.

TYPIS *SCHULTZIANIS.*

Summa Geographiæ medii ævi ad mentem Islandorum, cui accedit Itinerarium ad Romam et terram sanctam susceptum.

Tametsi ea veterum Islandorum scripta, qvæ mythos et historiam Septentrionis tractant, et numero et gravitate potiora sunt, ideoqve inprimis edita et illustrata, constat tamen, complura ex reliqvis hujus gentis monumentis literariis haud indigna esse qvæ accuratiori disqvisitioni subjiciantur. Si vel in scriniis Arna-Magnæanis deperditos libros classicos islandice translatos frustra qværis, aliqvod tamen ad crisin Sallustii et Lucani spicilegium, horum auctorum versiones, sub titulo: *Romveriasögur*, Philologo forsan præbebunt, qvemadmodum et ea loca, in qvibus Græcorum et Romanorum scripta vel commemorantur vel allegantur, collecta et illustrata, additamenta qvaliacunqve ad Celeberr. *Heereni* Geschichte des Studiums der griechischen und römischen Literatur, censeri poterunt. Ex libris argumenti theologici, unicum Sec. XIIIti *Stiorn* dictum, diligenti examini subjecit *Harboeius* (*Dänische Bibliothek*. VIII. p. 4 sq.); tot vero qvot extant, libri ascetici, acta Sanctorum et Legendæ, num autographa sint, an versiones, nonne inter ea lateant Apocrypha, vel alia opera deperdita, ecqvis compertum habet? Deniqve nostro tempore, qvo Medii Ævi scriptis romanticis edendis et commentandis operam tam insignem navarunt, tot in exteris viri doctissimi et ingeniosissimi, nonne qvæstioni de illorum origine et inter dissitas gentes propagatione lucem affundere possint versiones fabularum romanensium, qvas diligentiæ Islandorum literariæ debemus.

Allata, ut spero, qvodammodo commendabunt seqventem editionem speciminum, qvæ veterum Islandorum *scientiam geographicam*, hactenus haud satis perspectam,

nobis ob oculos sistunt. Pro naturali, qvi Geographiam et Historiam intercedit, nexu, jam suspicari licet, gentem huic scientiæ tanto fervore deditam, etiam illi aliqvid studii impendisse. Occurrunt qvoqve in historiis eorum, qvoties occasio se offert, ad facta melius illustranda, localium περιςασεων magis minusve prolixa descriptio. Sic Sveciæ delineationem geographicam exhibet *Heimskr.* T. II. p. 97; Norvegiæ *Ol. S. Tryggv.* ed. *Reenhielm* p. 91; Daniæ *Knytl. S.* p. 60 et *Gaunguhrolfs Saga*, Russiæ *Orvarrods S.* et q. s. a. Qvot extant Geographica in *Rymbegla?* nonne *Fundin Noregr* et *Landnamabok*, locorum antiqvas conditiones æqva cura posteritati reliqverit, ac memoriam primæ terrarum inhabitationis. Qvemadmodum vero Islandorum peregrinationes, tam intra qvam extra regna borealia, diversis rationibus susceptæ, historicam eorum cognitionem auxisse, sic etiam multo magis notitiam orbis et populorum extendisse, merito judicandæ sunt. Poetas aulas Regum borealium et anglicorum visitantes, negotiatores in mari balthico et mediterraneo, in Britannia et Gallia mercaturam exercentes, navigatores sub polo arctico novas terras investigantes, bellatores in Russia et Græcia militiam seqventes, juvenes seminaria literaria Erfurtiæ, Coloniæ et Parisiis freqventantes, clericos negotiis in curia romana vacantes, peregrinatores deniqve religiosos ad Romam, Compostellam, Canterburgum et Palæstinam, hos omnes trium qvatuorve orbis partium qvalemcunqve notitiam secum reportasse, qvis dubitet? Huc accedit, Islandos plura Medii ævi opera geographici argumenti, ut posthac demonstrabitur, cognovisse et in usum suum convertisse. Num igitur a veri specie aberramus, statuendo hanc gentem, licet adeo remotam, vel nationibus cultioribus, in hoc studiorum genere, inferiorem haud fuisse (cfr. *Eichhornii Gesch. d. Literatur* II. 1 Hälfte. p. 323).

Talia vero, qvæ Islandi partim peregrinando, partim legendo observarunt, maxima et optima ex parte tempus edax nobis ademit. Interiere nimirum Gissuri Halli filii († 1206) *Flos Peregrinationis* s. Itinerarium per Europam australem (*Sturlunga S.* I. p. 205. *Hungrvaka* p. 2) et Biörnonis Hierosolymipetæ († 1415) Itinerarium per Italiam et Palæstinam, per Hispaniam et Groenlandiam, qvod *Arn. Jonæ* adhuc ad manus habuisse videtur (*A. Jonæ Spec. hist. de Isl.* p. 154. *F. Johannæi H. eccl. Isl.* II. p. 395–97). Porro inter desiderata hujus generis nominare licet "scriptum antiqvissimum *Gripla*," cujus fragmentum de Groenlandia et Vinlandia extat in Collectaneis *Biörnonis*

a Skardza (*MSS. Ar. Magn.* No. 768. 4[to]) unde allegatur in *Torfœi Groenlandia* p. 23 sq., qvodqve alicubi in Svecia latuisse, *Hervarar S. ed. Verelii* p. 27 argumento est. Supersunt tamen adhuc varii tractatus, tres orbis partes, inprimis Europam, succincte describentes. Qvæ in his vere geographica sint, forsan maxima ex parte fructus itinerum esse, probabile videtur ex brevitate narrationis circa interiores partes regionum, qvas vel rarius vel modo qvoad littora freqventarunt, ex. gr. Galliæ et Hispaniæ, ex copiositate circa terras magis cognitas, et dein ex denominationibus locorum ab ipsis inventis, de qvibus infra agendum. Verum qvæ de prima orbis terrarum inhabitatione et inter filios Noachi divisione, de fabulosis gentibus et animalibus, de mirabilibus dein naturæ extant, manifeste hausta sunt ex variæ lectionis fontibus, qvas pro parte investigare licet. Laudantur enim *Gregorii Magni* Dialogi (citati qvoqve in *Rymbegla* p. 372. 420 et in *Spec. Reg.* p. 143); *Isidori* originum s. Etymologiarum libri XX. (cfr. *Spec. Reg.* p. 195); *P. Comestoris* Historia scholastica (cfr. *Dänische Bibl.* VIII. p. 4); *Hieronymus* Stridonensis, *Imago Mundi* (scriptum vel potius farrago scriptorum argumenti historici, sec. XV haud inferior, cujus Codex extabat in Bibliotheca Univ. Havniensis ante incendium 1728 vid. *Bartholini* Antiqv. p. 223; *Scr. Rer. Dan.* II. p. 154; *Suhmii* Krit. Historie II. p. 625) et postremo etiam scripta anonyma, non omnia, ut mihi videtur, vernacula, sed etiam exotica, qvalia sunt opera *Macrobii*, *Bedæ*, *Vinc. Bellovacensis* et q. s. a. Horum omnium specimina publici jam facta sunt juris, tam in *Fragmento islandico historico-geographico*, edito in *Scr. Rer. Dan.* T. II. p. 25 sq. qvod p. 35-37, brevem sistit orbis delineationem geographicam, qvam in *Rymbegla* p. 340 sq. Copiosius vero et veram et fabulosam Geographiam tractant varii in Collectione *Arna-Magnæana* Codices membranacei hactenus inediti, qvos hic enumerare et recensere consilium jubet. Sunt autem seqventes.

a) Codex membranaceus No. 194. continens XVI folia in forma 8[va], scriptus circa medium sec. XIV[ti]. Scripturam præfert nec nitidam nec distinctam; laborat tam lacunis qvam pravis lectionibus et in calce mutilus est. Tribus divisus est partibus, absqve rubro generali. *Prima* exponit Geographiam Orbis terrarum tum noti. Initium hoc est: "Moyses het Guds vinr fordum a Gydingalandi, sa er fyrstr hof þa þrifn

"(adar) syslo ath rita helgar bækr um Guds stormerki. Ero þær V. er hann gerdi, ein "fra upphafi heimstaudu framan til sinnar ævi, en IIIJ vm þau tidindi er urdu á hans "dögum. Þær bækr ero undirstædr allra heilagra rituinga bædi i fornum logum ok ny-"gium. En þar hefr hann þa sögu er Gud skapadi himin ok iord ok er i þeim atkuædum "mörkut öll skepna himnesk ok iardnesk sua ath Gud skapadi á VI. dögum alla skepnu". ɔ: "Mosis nomen erat Dei amico, olim in Judæa degenti, qvi primus libris de Dei crea-"tione conscribendis, operam salutarem impendit. Talium qvinqve auctor exstitit, qvo-"rum primus eventa ab origine mundi ad ejus ævum, reliqvi vero, qvæ ipso superstite "acciderunt, pertractant. Qvi libri pro fundamento habendi sunt universæ sacræ scrip-"turæ, tam veteris qvam novi foederis. Narrationem instituit ex eo, qvod Deus cælum "et terram creavit; his vero omnis tam cælestis qvam terrestris creatura indigitatur, qvam "Deus sex diebus perfecit." Seqvitur descriptio Paradisi, fluviorum ejus et avis Phænicis; enarratur orbis divisio inter filios Noachi et origines gentium in tribus Orbis partibus. In Europæ delineatione geographica, auctor, qvoad regna borealia, sat copiosus est; cæteras vero regiones breviter modo perstringit. *Altera* pars continet itinerarium e Dania, per Germaniam, Helvetiam, Italiam, ad Romam; hinc per Italiam inferiorem et Græciam usqve ad terram sanctam. Enumerantur hic stationes peregrinantium, inprimis, civitates episcopales vel Sanctorum reliqviis memorabiles et coenobia, additis locorum distantiis et passim aliis notatu dignis. Et initium adest et finis; nomenqve subjungitur viri, cui debetur, *Nicolai* scilicet *Abbatis*, non expresse tanqvam auctoris, sed ex cujus relatione orali hoc itinerarium literis consignatum sit. Attamen vero haud absimile videtur, eum et primæ partis sive summæ geographicæ et secundæ sive itinerarii auctorem qvodammodo habendum esse, qvod etiam placuit *H. Einari* in *Sciagr. hist. litt. Isl.* p. 134 et *Suhmio* Hist. Dan. V. p. 47. 109. Cæteroqvin, facta hujus nominis mentio, de ætate utriusqve partis nos qvodammodo edocet. Duo nimirum in annalibus Islandorum occurrunt *Abbates Nicolai*. Alter, Monasterio Thveraaensi præfectus, in sacra Poesi haud infeliciter versatus, cujus carmen aliqvod citatur in *Skalda* (*Edda* ed. *Rask* p. 334) obiit A. 1160 (*F. Johannæi* H. e. Isl. IV. p. 30. 41). Alter, Sæmundi filius, Abbas Thingörensis qvi A. 1154 ex itinere in patriam rediit, et A. 1159 (*Ann. Island.* ad h. a. F. *Johannæi* H. eccl. Isl. IV. p. 36) obiit, is forsan est, qvi hic laudatur. En tunc

scriptorem islandicum Ario Sæmundoqve multiscio et Erico Oddi filio coævum. Sunt vero plura criteria interna, qvæ pro hac ætate faciunt. Dicitur nimirum Bulgaria Imperatori Græco tributaria, cujus jugum tamen versus finem Sec. XII. excussit; munia Episcoporum Cardinalium, missam ad summum altare in æde Lateranensi celebrandi, jam ante Innocentium III. sive ante 1178 in desvetudinem abiisse putat *Rhodiginus* de liturgia Romani Pontificis in celebratione missarum T. II. Diss. I. p. VIII; accedunt Sipunti urbis antiqvæ, non recentioris Manfredoniæ, commemoratio, et plura insuper, præsertim in memorabilium terræ sanctæ recensione. Aliqva tamen videntur a recentiore librario interpolata esse, ex. gr. de S. Margareta qvæ Roskildiæ demum A. 1178 condebatur, de æde cathedrali Coloniensi, de reliqviis Ev. Lucæ Venetiis et forsan plura. *Tertiam* partem conficiunt adversaria qvædam historici et geographici argumenti, qvalia sunt descriptio ecclesiarum Romæ; enumeratio civitatum Italiæ, Hispaniæ, Galliæ et aliorum regnorum in qvibus reliqviæ Sanctorum conditæ sunt; narratio de qvinqve magnis conciliis; de gentibus fabulosis sc. Albanis, Cynocephalis, Hippopodibus, et, qvæ in seqventibus prodibit, brevis terræ sanctæ descriptio.

b) Bina folia in fasciculo fragmentorum membranaceorum inter MSSta Arna-Magn. No. 736. 4to, qvæ exhibent, præter aliqva argumenti astronomici, breviarium geographicum, forsan Sec. XIIItio manu sat nitida, scriptum. Conspirat fere in omnibus cum nuper commemorato Codice No. 194 a verbis inde: "Sva er kallat sem iordin se "þrideild at nöfnum," usqve ad "þessi lönd ero öll i þeim hluta heims er Eyropa heitir," si excipias prolixiorem illic regnorum borealium discriptionem, hic in compendium redactam. Reperitur porro in eodem fasciculo folium membranaceum, Sec. XIVto scriptum, sistens idem ad Romam et terram sanctam itinerarium ex relatione *Nicolai Abbatis*, de qvo antea, in fine vero mancum.

c) Folia qvædam argumenti historico-geographici, diversis manibus scripta in Codice Membranaceo *Arna-Magn.* No. 544 in 4to, extant. *Prologus*: "þat er sagt at "Moyses tæki þat rád fyrstr, at skrifa á bokum atburd tidinda þeirra er verit hafa fyrr i "heiminum &c. ɔ: Fertur Moses primus consilium cepisse libros de iis, qvæ in mundo acci-"derunt, conscribendi." Porro, narratio de orbis antiqvissima per Noachi posteros inhabitatione, de gentibus fabulosis et de mirabilibus naturæ, refert passim Codicem No. 194

et Rymbeglam. Laudautur tanqvam auctores, qvi post Mosen rerum gestarum memoriam, si non utilitatis, saltem oblectamenti causa, posteris tradiderint (þau tidendi, er cigi fylgir nytsemd ok er þo frodlcikr i ok gaman at vita); *Darius Frigius* (sc. Dares Phrygius, hann sagdi sögu fra sameigu Girkia ok Troiamanna ɔ: scripsit historiam gestorum inter Græcos et Trojanos), *Heroditus hinn girski* (Herodotus græcus) et *Feredcides* (Pherecydes). Aliqva afferuntur haud contemnenda de geographia regionum septentrionalium, inprimis Russiæ.

d) Codex membranaceus *A. Magnæi* No. 764. 4to habens fragmentum duorum foliorum similis argumenti, cujus apographon plenius extat in eadem Bibliotheca sub No. 765. 4to. In Exordio hæc leguntur: "I upphafi þessa litla Annalabæklings skulo "ver skrifa nockut litit af heimskringluuni ok af þeim löndum er i henni standa ok cigi "sidr höfudborgum, hversu þær hafa i fyrstu smidaz; til þess at liosare verdi lesan-"da manni eda tilhlydanda þeirra atburda eda tidinda er vordit hafa fra þvi er Gud ska-"padi verólldina ok ver höfum fundit i bokum skilrikum eda annalum fyrri manna." ɔ: "Initio exigui hujus chronici sermo est de orbe et regionibus in eodem positis, item de "civitatibus primariis eorumqve origine, eum in finem, ut legentes vel auscultantes me-"lius intelligant eventa qvæ acciderunt a creatione inde mundi, qvæqve in scriptis fide "dignis auctorum antiqvorum reperimus." Occurrunt hic nonnulla de creatione mundi, de Planetis, de variis mundi ætatibus, de diluvio &c. Citantur *Gregorius, Isidorus, Historia scholastica, Hieronimus* et *Imago mundi.* Adami altitudo LX ulnarum probatur testimonio *Sæmundi* (multiscii?). Adsunt etiam qvædam ad geographiam Europæ pertinentia, qvæ Sec. XIII^{mo} conscripta putavit *Suhmius* Hist. crit. Dan. II. p. 812. Aliud ex hoc fasciculo fragmentum historico-geographicum jam editum est in *Scr. Rer. Dan.* T. II. p. 35 sq.

Nullus horum codicum exhibet tabulam geographicam. Tales forsan injuria temporis perierunt, si unqvam extitere, qvod improbabile haud videtur,*) cum Ichnographia Hierosolymæ in Fasc. No. 736. de qva infra, figuræ astronomicæ ex eodem Codice

*) De mappis geographicis Medio ævo compositis vide *Eichhornii* Gesch. der Literatur I. p. 859. II. p. 326. Add. ab eo omissam tabulam ex Codice anglico Sec. X. delineatam in *Strutt* Chronicle of England. Vol. II. p. 248. Tab. XIII.

in *Rymbegla* p. 110. 478. æri incisæ et Planisphærium terrestre in Cod. Membr. MSS. Bibl. Reg. No. 1812. 4to spectentur. Ipsæ qvidem regiones in hocce Planisphærio non delineatæ sunt, nomina vero, justo plerumqve ordine, expressa. Septentrioni proxima est "Tile (Thule) Island," huic ad occidentem "Biarmæ" et his ad euronotum "Scithia frigida." Seqvuntur ab occidente ad orientem "Norvegie, Gautland, Sviþiod, Rvsia." Hinc orientem versus sunt "Eronei" ɔ: Nomades et "Kiö" (Kiov). Australis et septentrionalis Europa seqventi modo exhibetur: "Grecia, Tracia, Constantinopolis, Apulia, "Italia, Roma, Langobardia, Germania (australis?), Fracia (Francia, G. occidentalis) "Saxonia (G. borealis), Danmöre, Frisia (Frisia minor?)." Juxta hæc: "mediterraneum "mare" et huic ad austrum: "Gallia, Parmo (?), Montes (Alpes)." Frisiæ ad occidentem "Scocia, Anglia, Ibernia" et his iterum occidentem versus: "Normannia (Normandie), Britannia (Bretagne), Vasconia, Galicia, Hispania." Seqventia docebunt hanc descriptionem cum Islandorum systemate geographico in universum congruere.

E Manuscriptis, qvorum jam censuram dedi, Codicis No. 194 tanqvam cæteris locupletioris partem primam, qvatenus Europæ geographiam continet, et secundam integram hic edere constitui; addens ex reliqvis, qvæ easdem supplere possint, adeo ut lectori ob oculos sistatur specimen Geographiæ medii ævi ad mentem veterum Islandorum. Spero hoc nec injucundum nec inutile fore. Produnt se vestigia majorum nostrorum cum gentibus remotissimis consvetudinis et commercii; dilatatur qvodammodo historia studii geographici; nec desunt, præsertim in itinerario, qvibus Geographiæ medii ævi, adhuc subobscuræ, lux qvædam affundi possit. Hinc operam dedi in Commentariis, relationes Nostri cum medii ævi, inprimis sui temporis (Sec. XII.) descriptionibus geographicis, conciliando. Id vero subinde perdifficile erat, immo difficilius fuisset, ni in plerisqve terris, locorum conditiones inde ab antiqvissimis temporibus vias communes peregrinanti qvasi monstrassent, qvæ tam in veterum, qvam in recentiorum itinerariis adhuc deprehenduntur. Nam multa qvidem ex nominibus locorum hic obviis, exemplaria sua adeo referunt, ut primo intuitu agnoscantur, ex. gr. *Gandurheim*, *Meginzoborg*, *Trekt*, *Mundia*, *Pul* &c. Alia vero magis obtorta sunt et agnitu difficiliora ex. gr. *Arinsborg*, *Montreflar*, *Boternisborg*, *Ivent*, *Jalandanes* &c. Qvædam nomina Septentrionales, apparente similitudine seducti, lingvæ suæ qvasi vindicarunt,

qvalia sunt: *Þrælaþorp* (Estrouble), *Fridsœla* (Vercelli) *Andþekia* (Anthiochia), *Hangandaborg* (Aquapendente) et plura. Interdum ex loci, vel naturali conditione nomina ipsi formarunt, qvemadmodum *Niörvasund*, *Siavidarsund*, vel ex fortuita qvadam, veluti Sancti cujusdam reliqviis ibidem conditis, verbi causa, *Marioborg*, *Kristinoborg*, *Martiniborg*. Alia commemorantur nomina, qvorum significationem vix ope conjecturæ investigare licet, qvalia sunt *Horus*, *Kiliandr*, *Arnblakr*; alia qvoqve jam dudum immutata, qvorum instar nominanda sunt *Munbard*, *Þidreksbad*, *Sanctinusborg*, *Klerkaborg*. Huc accedit defectus idoneorum adminiculorum, qvibus ejusmodi disqvisitiones faciliores reddi possent. *Egerhardus Olavius* ad scientiam geographicam veterum Septentrionalium illustrandam, materiam congessit, qvæ tamen omnis interiit, si excipias brevem nominum locorum in scriptis islandicis obviorum enucleationem, qvæ passim in bibliothecis reperitur, cujusqve specimen, prosi dolor! unicum prodiit sub titulo: *Eg. Ol. Index Geographiæ veterum Islandorum, qvem ex Monumentis medii ævi confectum recensuit et stellulis notatis auxit G. J. Thorkelin* Havn. 1780. 8. Simile "Onomasticon geographiæ veteris ex antiqvitatibus septentrionalibus" mihi ad manus fuit, nil nisi nota continens. Tabulæ Europæ et finitimarum regionum, qvam *Schöningius* Heimskринglæ Tom. III. præmisit, haud ubiqve fides habenda est. Nec Medii ævi Geographia exotica semper lucem sufficientem subministrare valuit, utpote qvæ passim adhuc tenebris obvoluta sit, ne Germaniæ qvidem et Italiæ excepta. Jam si mihi vacasset horum regnorum scriptores et diplomata, magnamqve Actorum Sanctorum molem, diligentius perlustrare, haud dubito me nonnulla melius illustrare potuisse, qvæ nunc iis, qvibus tam ex fontium scrutatione, qvam ex commoratione in ipsis locis, horum plenior notitia est, relinqvere cogor.

Þessi ero þiodlönd i þeim hluta heims er Eyropa heitir. Suiþiod su hin mikla,[a]) þar red Magoc. Kylfingaland, þat kollum ver Gardariki, þar var Madai. Grikland, þar red Juban. Bolgaraland, þar var Tirac. Vngaraland, Saxland, Frakland,[b]) Spanland, þar var Tubal. Romverialand, Danmörk, Suiþiod, Noregr, þar var Gomer. Gallia, Cappadocia, þar var Masoc; enn allz ero þar CC þiodlanda, en tungur gengu þar III ok XX.

Eyropa heitir hinn þridi hlutr iardar, hann er i beggia ætt vestrs ok

In ea orbis terrarum parte, qvæ Europa dicitur, seqventes extant regiones qvæ integras nationes contineant: Scythia magna,[a]) ubi sedes fixit Magog; Kylfingalandia, qvam Gardarikiam vocamus, ubi Madai; Græcia, ubi Juban; Bulgaria, ubi Tiras; Ungaria, Saxonia, Francia,[b]) Hispania, ubi Tubal, Italia, Dania, Svecia, Norvegia, ubi Gomer; Gallia, Cappadocia, ubi Masoc, sedes posuit. In universum numerantur CC. regiones principales, in qvibus linqvæ XXIII. vigent. [1]

Tertia orbis pars Europa nuncupatur; ex plaga utriusqve occidentis

---

a) Hit mikla Asia ero köllud öll riki þau er told ero af Indialand alt hingat til (Grikland) ok þangat hverfr sum Sviþiod hin mikla. A. M. 544. 4to.

b) Tiras red Bolg. ok Ung. Saxl. ok Frakl. Tubal Spanial. ok Romverial. Sviþ. Danm. ok Noregi enn Gomer red Gallia, enn Mosok Cappadocia. 544.

a) Magna Asia vocantur omnia regna, qvæ ab India hucusqve (ad Græciam) enumerantur; eo pro parte vergit Scythia magna. 544.

b) Tiras præfuit Bulgariæ & Ungariæ, Saxoniæ & Franciæ; Tubal Hispaniæ & Italiæ, Sveciæ, Daniæ & Norvegiæ; Gomer Galliæ. 544.

vtnordrs ok tekr i landnordr.[c]) I austanverdri Eyropa er Gardariki, þar er Kænugardr ok Holmgardr, Pallteskia ok Smaleskia. Næst Gardariki til Vtsudrs er Grikia Konungs riki. Höfudstadr þess rikis er Constantinopolis, er ver köllum Miklagard. I Miklagardi er kirkia su er á þeirra lydzku heitir Agiosophia ok Nordmenn kalla ÆEgisif, su er kirkia dyrliguz ok itarliguz allra kirkna i heimi af gerd ok veksti. Vndir Grikia Konung er Bolgaraland[d]) ok fiöldi eyia þeirra er Griklands eyiar ero kalladar. *Krit**) ok Kipr ero ágætaztar Grik-

& cori, cæciam versus declinans.[c]) In orientali Europa sita est Gardarikia, in qva jacent Kænugardia & Holmgardia, Pallteskia & Smalenskia. [3] Proximum Gardarikiæ africum versus, est Imperium Regis Græcorum. Metropolis hujus regni Constantinopolis est, nobis Miklagardr. Constantinopoli extat templum, idiomate indigenarum Hagiosophia, ab hominibus autem septentrionalibus, ÆEgisif appellatum; omnium in orbe terrarum templorum & structura & magnitudine præstantissimum [4] Regis Græcorum imperio subjacet Bulgaria[d]) & permultæ insularum, qvæ

---

c) I Europa..... er austast Sviþiod hin mikla. Þangat kom at kristna Philippus Postoli. I þvi riki er þat er Ruzcia heitir, þat köllum ver Gardariki (Gardavelldi A. M. 736). Þar ero þessir höfudgardar: Moramar, Rostofa, Surdalar, Holmgardr, Syrnes, Gadar, Palteskia, Könugardr (Holmgard ok Pallteskia ok Smalenskia. 736). Austr af Noregi er Ruzzaland ok nordr þadan Tartarariki. 764. Hiá Gardariki liggia lönd þessi: Kirialir, Refalir, Tafeistaland, Virland, Eistland, Lifland, Kurland, Ermland, Pulinaland. Vindland er vestast nest Danmörk. Enn austr frå Polena er Reidgotaland ok þa Hunaland. 544. Austr af Saxlandi er Hunaland, þat er litit riki. A. M. 764. 4to.

d) Hia Tracia er Ungaraland. Þar nest er Bol-

*) Verba & syllabæ, his typis impressæ, in Codice aut vix legibiles sunt, aut omnino deletæ, ope vero conjecturæ restitutæ.

c) In Europa..... ad orientem sita est Scythia magna; ibi doctrinam christianam prædicavit Philippus Apostolus. [?] In hoc regno extat Russia, nobis Gardarikia (Imperium Gardense 736). Ibi sunt urbes primariæ: Moramar, Rostofa, Surdalar, Holmgardia, Syrnes, Gadar, Pallteskia, Kænugardia (Holmgardia, Pallteskia & Smalenskia. 736). Norvegiæ ad orientem est Russia & inde ad septentrionem Tataria. 764. Juxta Gardarikiam jacent regiones: Kirialia, Refalia, Tavastia, Virlandia, Esthia, Liflandia, Curlandia, Ermlandia, Polonia. Vandalia, ad extremum occidentem, Daniæ proxima est. Poloniæ ad orientem est Reidgothia & posthac Hunalandia. 544. Saxoniæ ad orientem sita est Hunalandia (Ungaria?) exiguum regnum. 764.

d) Juxta Thraciam est Hungaria; seqvitur Bul-

lands eyia. Sikiley er *mikit riki* ok huerfr i þann hluta heims er Eyropa heitir. Italia heitir riki þat er liggr fyrir sunnan fiallgard þann, er menn kalla Mundio. Austan undir Italia [e]) er Apulia, þat kalla Nordmenn Pulsland. [f]) Á midri Italia stendr borg Roma. Á nordanverdri Italia er Langbardia, þát köllum ver Langbardaland. Fyri nordan fiall er til austrs Saxland, enn til utsudrs Frakland. Hyspania er ver köllum Spanland er riki mikit, sudr til Midiardarhafs, milli Langbardalands ok Fraklands. Rin heitir á mikil, er fellr i nordr fra Mundio á milli Saxlands ok

græcæ dicuntur qvarum insigniores sunt Creta & Cyprus. Sicilia est magnum regnum, in eam mundi partem, qvæ Europa dicitur, vergens. Italia nomen est regno, ad meridiem montium, qvos Alpes vocant, sito. Extremam Italiam, orientem versus, [e]) occupat Apulia, qvam homines septentrionales Pulsland [f]) appellant. In media Italia jacet urbs Roma. In septentrionali Italia Longobardia est, nobis Langbardaland. Alpibus ad septentrionem, Saxonia est orientem versus, Gallia ad africum. Hispania, nobis Spanland, amplum regnum, situm australem habet ad mare mediterraneum, inter Longobardiam

---

garaland, þat heitir Gricland, vid þat er Girkia Konungr Kendr. 544.

e) Á utanverdu Italia er Apulia. 736. 764.

f) Þat land heitir Apulia er nest liggr Griclandshafi. Þar ero höfudborgir margar; Brandeis ok Bar er Nicolaus biskup hvilir i ok Montekassin; þar er mest dyrkadr Benedictus Abote. Þat munclifi er agætast á latinu tungu. Á Puli er Monte Gargan; þar er hellir sa, er Michael engill dyrkadi i sinni tilkomo. Nordr fra Puli er Italialand. Þat kollum ver Romaborgarland. Þar stendr Romaborg á. Þa er Lumbardaland. Þar er Meinlangsborg á; i henni var Ambrosius biskup. 544.

garia, qvæ dicitur Græcia, unde titulum gerit Rex Græciæ. 544. [5]

e) Extrema in Italia est Apulia. 736. 764.

f) Apulia dicitur regio, mari Græco proxime adjacens. Urbes primariæ ibi sunt plures: Brundisium & Barium, ubi conditur Nicolaus Episcopus; itemqve Monasterium Montis Casaini omnium, ritus latini, celeberrimum, in qvo colitur Benedictus Abbas. In Apulia est Mons Garganus, qvi adhuc cryptam præfert, qvam Angelus Michael apparitione sua, sacravit. Apuliæ ad septentrionem est Italia, nobis regnum romanum, in qva urbs Roma. Dein Longobardia, ubi Mediolanum, in qvo fuit Ambrosius Episcopus. 544.

Fraklands. I Rinar kvislum liggr Frisland nordr til hafs.[g] Fyrir nordan er Danmörk. I gegnum Danmörk gengr siorr i Austrveg. Sviþiod liggr fyrir austan Danmörk enn Noregr fyrir nordan.[h] Noregr er kalladr nordan fra Vægistaf, þar er Finnmörk, þat er hiá Gandvik, ok sudr til Gautelfar. Þessa rikis ero endimörk, Gand fyrir nordan enn Gautelfr fyrir sunnan, Eidaskogr fyrir austan enn Aungulseyiarsund fyrir vestan. Þessir ero hofudstadir i Noregi; Kaupangr i Þrandheimi, þar hvilir hinn helgi Olafr Konungr; annar i Biör-

& Galliam. Rhenus, ingens fluvius, ex Alpibus originem habens, Saxoniam [6] & Galliam interfluit. Inter varia Rheni brachia sita est Frisia [7] boream versus, ad mare usqve.[g] Inde ad septentrionem est Dania, per qvam mare orientem versus se protendit. [11] Svecia Daniæ ad orientem sita est, Norvegia ad septentrionem.[h] Norvegia a Vægistaf versus septentrionem (ibi Finnmarkia est apud Gandvikum), ad Gothalbim versus meridiem se protendit. Limites regni sunt: Gand ad septentrionem; Gothalbis ad austrum; nemus Eidense ad orientem & fretum Aungulseyense

---

g) Germania riki heitir þat er ver köllum Saxland. Danubium heitir á (er mest vatn er á Europa) hon fellr or Alpiafiöllum. Hon er sva mikil at LX stor á falla i hana. Hon kemr i VII (al. VIII) stödum til siafar ok mikil i öllum stödum. Fyrir utan ána heitir Tracia. Þar stendr su borg er Constantinopolim heitir; á Tracia bygdi fyrst Tiras... fra hönum er komin þiod su er Tyrkir heita. Þat er ok miök margra manna mál at þvi er fornar bækr visa til, at af þvi landi bygdist Sviþiod, enn Noregr af Sviþiod; enn Island af Noregi, enn Grænland af Islandi. 544.

h) Fyrir nordan Noreg er Finnmörk. Þadan vikr landi til landnordrs ok sva til austurs, adr komi til Biarmalands; þat er skatgillt undir Gardakonung. 736. 764.

g) Regnum Germaniæ a nobis vocatur Saxonia. Danubius nomen est fluvio (in Europa maximo) ex Alpibus oriundo. Tam ingens est ut LX. fluvios recipiat. Per septem (al. octo) ostia in mare se effundit. [8] Regio extra hunc fluvium, Thracia appellatur. Ibi jacet urbs qvæ Constantinopolis dicitur. Thraciam primus coluit Tiras.... a qvo originem ducit gens Turcarum. Ex librorum antiqvorum relatione [9] multorum est sententia, ex hac regione incolas accepisse Sveciam, e Svecia Norvegiam, [10] e Norvegia Islandiam, ex Islandia dein Grönlandiam. 544.

h) Norvegiæ ad septentrionem Finnmarkia sita est, inde regio cæciam, & posthac orientem versus, anteqvam Biarmia attingitur, declinat. Est Biarmia Regi Gardensi (Holmgardiæ?) tributaria. [12] 736. 764.

gyn á Haurdalandi, þar hvilir hin helga Sunnifa; þridi er i Vik austr, þar hvilir hinn helgi Halvardr frændi Olafs Konungs.

ad occidentem. [13] Urbes in Norvegia primariæ sunt: (prima) emporium (Nidrosia) Thrandiæ, ubi conditur funus S. Olavi Regis; secunda Bergæ Hordalandiæ, ubi qviescit S. Sunniva; tertia (Osloa) Vikiæ orientalis; ubi sepultus est S. Hallvardus R. Olavi cognatus.

Gautland er fyrir austan Gautelfi, enn þar næst Sviþiod, þa næst Helsingaland, þa Finnland, þa er *ta*lit til motz vid Gardariki sem fyrr er (sagt). Enn ödrum megin *hia Ga*utlandi er Danmörk. Þar er höfudstadr á Skaneyio i Lundi. Þar er biskops stoll, þar hvilir hinn helgi Licius (Laurentius) biskopr. Annar á Fioni, þar hvilir hinn helgi Knutr Konungr hinn ellri enn i Odinseyio. Á Siolandi hvilir hinn yngri Knutr Konungr á Hringsstödum. I Roeskelldo á Siolandi er hin fagra mær Margareta.

Gothalbi ad orientem sita est Gautlandia; hanc proxime excipit Svecia. Hanc iterum Helsingia. Hanc Finlandia, qvæ, ut supra commemoratum est (?) ad Gardarikiam usqve se protendit. Ab altera parte, Gautlandiæ contermina est Dania. Urbs regni primaria est Londinum Scaniæ; ibi est sedes Episcopalis, ibiqve qviescit S. Laurentius Episcopus. Altera urbs primaria in Fionia extat, ubi adhuc Othiniæ conditur Rex S. Canutus senior. Ringstadii Sialandiæ qviescit Canutus junior Rex. Roeskildia Sialandiæ præclara virgine Margareta se jactat. [14]

Næst Danmörk er Sviþiod hin *minni*, þat er Eyland, þa er Gotland, þa Helsing*aland*, þa Verma-

Dania vicinam habet Sveciam minorem, terram insularem; hæc iterum Gotlandiam, hæc Helsingiam, hæc Vermiam, hæc Quænlandiam

land, þa Kuenlönd ıȷ ok erö þau *no*rdr fra Biarmalandi. Af Biarmalandi ganga lönd obygd of Nordrætt unz vidtekr Grænland. Sudr fra Grænlandi er Helluland, þa er Markland. Þa er eigi langt til Vinlands hins goda, er sumir menn ætla at gangi af Affrika, ok ef sva er, þa er uthaf infallanda á milli Vinlands ok Marklands. Þat er sagt, at Þorfidr Karlsefni hioggi husasnotro tre ok færi sidan at leita Vinlands hins goda, ok kæmi þar er þeir ætludu þat land ok nádu eigi at kanna ok eingum landskostum. Leifr hinn hepni fann fyrstr Vinland ok þa fann hann kaupmenn i hafinu illa stadda, ok gaf þeim lif med Guds miskunn; ok hann kom kristni á Grænland, ok ox þar sva at þar var biskops stoll settr, þar er i Gördum heitir. Eingland ok Skotland er ein ey ok er þo sitt hvert Konungsriki. Irland (er) ey mikil. Island er ok ey mikil i nordr fra Ir-

utramqve a septentrione (?) Biarmiæ. [15] E Biarmia regiones incultæ septentrionem versus, donec Grönlandia obvia est, sese porrigunt. [16] Grönlandiæ ad austrum est Hellulandia, dein Marklandia. Inde haud procul distat Vinlandia læta, qvam nonnulli ex Africa protendi autumant; qvod si ita se habet, brachium maris Vinlandiam & Marklandiam disjungit. Fertur Thorfinnum Karlsefni scopas ex ligno sibi aptasse & ad Vinlandiam lætam investigandam profectum fuisse; hanc vero terram, licet ex mente sua eidem appropinguantem, nec oculis lustrasse, nec de fertilitate ejus certiorem factum. Leifus fortunatus Vinlandiæ primus inventor, mercatores naufragos, Deo juvante, ab imminenti morte liberavit. [17] Eo procurante religio christiana in Grönlandia introducta fuit, ubi adeo crevit, ut sedes episcopalis Gardis constitueretur. Anglia & Scotia insulam efficiunt sed regna sunt diversa. Hibernia est insula magna. Islandia qvoqve magna est insula, Hiberniæ ad

landi.[i]) þessi lönd ero öll i þeim hluta heims er Eyropa heitir.

Sva er sagt[k]) at umhverfis Island se VII dægra sigling at raudum byr[l]) ok skiptiz sva sem *þarf*, þviat *eigi* má eitt vedr hafa. Sva ok medal Islands og Noregs er kallat iamlangt.[m]) Ur Noregi er fyrst at fara til Danmerkur i Alaborg. Sva telia Romferlar at or Alaborg se ij daga för til Vebiarga; þa er viku för til Heidabæiar, þa er skamt til Slesvikr, þa (er) dagför til Ægisdyra. þar mætaz þessi lönd, Danmörk ok Holsetuland, Saxland ok Vinland (Vindland). þa er dagför i Heitsinnabæ á Holsetulandi, þa ferr yfir Saxelfi til Stöduborgar. Á Saxlandi er þiod kurteisuzt ok nema þar Nordmenn mart eptir at breyta. I Stöduborg er biskopsstoll at Mariokirkiu. þa er ij daga för til Ferduborgar.[n])

i) hon er norduz i kristni sva at menn viti. 764.

k) af frodum siglinga mönnum add 736.

l) ef skipti vedr sem hentar. 736.

m) Nu ef þu villt fara til Roms ur Norvegi, þa er fyrst at fara sudr til Danmerkur i Alasund eda Alaborg. 736.

n) Fruduborgar. 736.

septentrionem.[i]) Omnes istæ regiones in ea orbis parte, qvæ Europa dicitur, sitæ sunt.

Relatum est[k]) Islandiam septem nychtemeriis circumnavigari posse, [18] vento favente[l]) &, ut res poscit, mutato; diversis enim ventis in hoc itinere opus est. Pari tempore ab Islandia ad Norvegiam navigare licet.[m]) [19] E Norvegia primum transitus fit ad Alaburgum Daniæ. [20] Perhibent Romipetæ, [21] ab Alaburgo bidui itinere Viburgum distare. [22] Inde hebdomadis iter [23] est Heidabæam, in confinio Slesvici, [24] unde iter diei ad Eidoram. Ibi conterminæ sunt hæ regiones: Dania & Holsatia, Saxonia & Vandalia. [25] Inde diei iter Heitsinnabæam (Itzehoam) [26] in Holsatia. Transitus tum fit per Albim Saxonum ad urbem Stadensem. Est Saxonum gens cultissima ad qvam in multis se

i) qvantum constat, regionum christianarum, septentrioni proxima. 764.

k) a navigatoribus peritis add. 736.

l) idem.

m) Cæterum, si e Norvegia Romam petere velis, primum austrum versus in Daniam, scilicet in Alasundum vel Alaburgum eundum est. 736.

Þa er skamt til Nyioborgar. Þa er Mundioborg. Þar er biskopsstoll at Petrskirkio. Nu skiptaz tungur. Þa er ij daga för til Pöddubrunna;[o]) þar er biskopsstoll at Liboriuskirkiu, þar hvilir hann. Þa er iiij daga för til Meginzoborgar. Þar imilli er þorp er Horus heitir, annat heitir Kiliandr, ok þar er Gnitaheidr er Sigurdr va at Fabni. Su er önnur leid or Stöduborg at fara it eystra of Saxland til Horsafellz,[p]) þadan til Valfoborgar, þadan til Hanabruinborgar; þa til Hildisheims, þar er biskopsstoll, þar hvilir hinn helgi Gudhardus; þa til Gandurheims; þa til Fridla; þa til Arinsborgar. Þa er eigi langt til Meginzoborgar, sem adr[q]) foro ver. Þessar ij þiodleidir *fara* Nordmenn ok kemr saman leidin i Meginzoborg ef þessar ero farnar ok er þat *fle*stra manna för. Su er önnur leid til Roms at fara or No-

componunt Boreales. [27] In urbe Stadensi ad ecclesiam S. Mariæ [28] est sedes episcopalis. Inde bidui iter Verdam in vicinia Nienburgi. [29] Seqvitur tum Minda, [30] qvæ ad ecclesiam S. Petri sedem episcopalem habet. Mutantur jam linqvæ. [31] Post bidui iter Paderborna attingitur; ibi sedes episcopalis ad ecclesiam S. Liborii, in eadem sepulti. [32] Inde qvatridui iter ad Moguntiam. [33] Inter has extant pagi Horus & Kiliandr dicti; [34] sunt qvoqve ibi tesqva Gnitaheidr, in qvibus Sigurdus Fafnerem interfecit. [35] Altera ab urbe Stadensi via per orientalem Saxoniam ducit ad Horsafellum,[p]) [36] inde ad Valfoburgum, [37] inde ad Hanabruinburgum, [38] inde ad Hildisheimum, ubi sedes episcopalis est & S. Gothardus conditur, [39] inde ad Gandurheimum, [40] inde ad Fritzlarum, inde ad Arinsburgum, [41] inde vero ad Moguntiam, de qva supra,[q]) breve iter. Binas istas vias,

---

o) Födubruna. 736.

p) Þa er dagför til Fruduborgar, þadan til Habrunniborgar. 736.

q) var sagt. 736.

p) Inde iter diei ad Verdam, inde Habrunniburgum. 736.

q) ut antea dictum. 736.

regi[r])..... zenda til Deventar edr Trectar ok *taka* menn þar staf ok skreppu ok vigslu til Romferdar.[s]) Or Trekt er . I daga för til Kolnisborgar; þar er Erkibiskopsstoll at Petrskirkiu.[t]) Af Kolnis biskopi skal Keisari taka vigslu i þeirri kirkio er Aquisgrani heitir. Or Kolni ero II dagleidir vpp med Rin til Meginzoborgar, þar (er) Erkibiskopsstoll at kirkiu Petri ok Pauli. Þa er dagför til Spiro, þar er biskopsstoll at Mario kirkiu.[u]) Þa III. daga för til Selsborgar. Þa er dagför til Stransborgar, þar er biskopsstoll at Mario kirkiu. Þa III. dagleidir til Boslaraborgar. Þa ferr fra Rin dagför til Solatra. Þa er dagför (til) Vivilsborgar, hon var mikil adr Lodbrokarsynir brutu hana, enn nu er hon litil. Þa er dagför til Fiuizuborgar,

qvæ Moguntiæ junguntur, peregrinatores boreales, & cum his pleriqve alii, persequi solent. Alia via ex Norvegia Romam petere licet, scilicet[r])..... in Deventriam vel Ultrajectum,[42] ubi peregrinatores, sacculo & pera sumtis, ad iter romanum initiantur.[s])[43] Ab Ultrajecto.... dierum itinere distat Colonia, qvæ ad ecclesiam S. Petri cathedram episcopalem habet.[t])[44] Episcopus Coloniensis Imperatorem romanum in ecclesia Aqvisgraniensi inaugurabit.[45] Ex Colonia tridui iter per Rhenum ad Moguntiam ducit,[46] ubi ad ecclesiam Petri & Pauli sedes archiepiscopalis constituta est.[47] Inde diei iter ad Spiram,[48] ubi ad ecclesiam Sanctæ Virginis sedes episcopalis.[u]) Inde tridui iter ad Selisburgum.[49] Inde iter diei ad Argentoratum, ubi ad ecclesiam Sanctæ Virginis sedes episcopalis.[50] Inde tridui iter ad Basileam. Inde, Rheno relicto, diei iter ad Soludurum.[51]

r) til Frislandz til Deventar eda.... 736.
s) Hedan fra er VI daga för til Kolnisborgar. 736.
t) Þa er dagför til Spiroborgar. 736.
u) Þa er dagför til Selisborgar. 736.

r) in Deventriam Frislandiæ sive.... 736.
s) Hinc sex dierum iter ad Coloniam. 736.
t) Inde iter diei ad Spiram. 736.
u) Inde iter diei ad Selsam. 736.

hon stendr vid Marteins vatn, þar koma leidir saman þeirra manna er fara of Mundiofiall sudr, Frackar, Flemingiar, Valir, Englar, Saxar, Nordmenn. Þa er dagför til Mauriciusborgar, þa hvilir hann med allt lid sitt, VI. þusundir og VI. hundröth og VI. tigir manna ok VI. menn. Þar er Petrs kastali. Fra Mauriciusborg [v]) ero ij. dagleidir til Biarnards spitala, hann er kominn á fiall upp. Á *Mu*ndio [x]) uppi er Petrs spitali. Þar er opt at Olafsmissu á sumarit, snær á grioti ok iss á vatni. Fyrir sunnan Mundio er þrælaþorp. Þa er Augusta god borg; þa er biskopsstoll at Vrsuskirkiu, þar hvilir hann. Þa er Marteins kamrar. Þa er Joforey [y]) þar ero ij. dagleidir á millum ok Augustu. Þa er dagför til Fridsælu, þar er biskopsstoll at Eysebius kirkiu, þar hvilir hann. Þa er dag-

v) Mauriciuskyrkiu. 736.

x) Mundiofialli. 736.

y) Fra Augustoborg ero iij. dagleidir til Fridsælu. 736.

Inde diei iter ad Vivilsburgum, urbem olim magnam, jam vero, postqvam Lodbrokidæ eam everterunt, exiguam. [52] Inde iter diei ad Viviacum ad lacum Martini. [53] Ibi junguntur viæ, qvibus Alpes transituri Romam petunt variarum gentium peregrinantes, scilicet: Franci, Flæmingi, Galli, Angli, Saxones & Scandinavi. Inde diei iter ad urbem Mauritii, ubi ille cum exercitu suo, sex millibus, sexcentis, sexaginta & sex hominibus conditus est. [54] Ibi est castellum Petri. [55] Ab urbe Mauritii [v]) iter bidui ad hospitium Bernhardi in monte situm, ducit. [56] Est qvoqve in Alpibus [x]) hospitium Petri, ubi circa festum S. Olavi æstivum, sæpe saxa nive & aqva glacie obducta conspiciuntur. [57] Alpibus ab austro extat oppidum Thrælathorp. [58] Tum Augusta (Prætoria) urbs bona, ubi sedes episcopalis ad ecclesiam S. Ursi ibidem conditi. [59] Tum Martini cameræ. [60] Tum Eporedia (rec. Ivoreia), [y]) qvæ ab Augusta bidui iti-

v) ecclesia Mauritii. 736.

x) Monte Mundia (Alpibus) 736.

y) Vercellæ trium dierum itinere distant ab Augusta. 736.

för *austr* af Romaveg til Melansborgar. Ef þu ferr rettan Romaveg þa er dagför til Papeyiar, þar er Keisarastoll at Sirus kirkiu, þar hvilir hann. Þar ox upp Martinus biskop ok hann á þar höfutkirkiu eina. Þa er dagför til Plazinzo, þar er biskopsstoll at Mario kirkiu. Á millum Papeyiar ok Plazinzo fellr á mikil er Padus heitir. Þa kemr til þeirrar leidar[z]) er Ilians veg fara. Sudr fra Plazinzo er dagför til Dña (Domna) borgar. Þa er Eiriks spitali á milli, þa er á er Tar heitir, hon er mikit vatn ok skirt ok saurgaz hon alldrí ne blaungaz, þviat þar saukkr til grunna hvert grand ok saur er á hana er kastat. Þar er Tarsborg fyrir sunnan. Þa skal fara yfir fiall er Munbard heitir. Langbardaland heitir sunnan fra Munbardi[a]) ok nordr til Mundio. Annar endi Mundiofials kemur til siofar vestr á Styrio-

z) er Iliansvegr liggr. 736.
a) Munbardifialli. 736.

nere distat. Hinc tridui iter ad Vercellas, ubi est sedes episcopalis ad ecclesiam Eusebii ibidem conditi. [61] Inde diei iter a via, qvæ Romam ducit, orientem versus ad Mediolanum. Si vero Romam recta tendas, diei qvoqve itinere Papia distat, [62] ubi est sedes Imperatoris in ecclesia Syri ibidem conditi; ibi qvoqve Martinus episcopus adolevit, cujus etiam ædes primaria hic extat. [63] Inde diei iter Placentiam, ubi sedes episcopalis ad templum Mariæ. [64] Inter Papiam & Placentiam fluvius ingens, Padus dictus, currit. Hic accedunt ii, qvi via Iliani profecti sunt.[z]) A Placentia versus austrum, diei itinere attingitur Burgus S. Domnini (rec. Borgo a S. Domnino). Has inter hospitium extat Erici. Attingitur tum flumen Tarus, ingens & purum, qvod nunqvam contaminatur aut miscetur, omnis enim sordes ipsi immissa fundum illico petit. [66] Huic ab austro est Vicus Tari (rec. Borgo di Val di Taro). Transeundus tum Mons Bardonis [67]. Longobardia dicitur regio, a Monte

z) Hinc incipit via Iliani. 736. [65].

landi, enn annar austr i Feneyiabotnum. Á Munbardi er Crucismarkadr ok Frackaskali. Þa er Montreflar. Þa er dagför til Mariogilldis. Þa er Luna, þar ero Luno sandar hiá borginni. Þar ero X milur at fara of þa hina fögru sanda, ok ero öllum megin borgir ok er þangat [b]) vid synt. Á millum Mariogilldis ok Lunu er Stephanusborg ok Marioborg. I Lunu söndum kalla sumir menn ormgard er Gunnar var i settr. Þa er sudr fra Kioformunt (v. Kiofornunt). I Lunu koma leidir saman af Spani ok fra Jacobs. Dagför or Lunu til Luku; þar er Biskopsstoll at Mario kirkiu, þar er roda su er Nichodemus let gera eptir Gudi sialfum; hon hefir ij. sinnum mælt, annat sinn gaf hon sko sin aumum manni, enn annat sinn bar hon vitni rægdum manni. Sudr fra Luko er borg su er heitir Pisis; þangat hallda kaupmenn dro-

Bardonis versus austrum, ad Alpes versus septentrionem, se porrigens. Extrema Alpium versus occidentem, in Stiria mare, versus orientem sinum venedicum attingunt. [68] Est in monte Bardonis Crucis emporium & Villa Francorum; [69] tum Ponstremulus; [70] inde iter diei ad convivium Mariæ. [71] Inde urbs Luna, apud qvam arenæ Lunenses. Decem milliarium itinere transeundæ sunt hæ arenæ amænæ, urbibus undiqve circumdatæ; illic latus patet prospectus. [72] Inter Mariæ convivium Lunamqve jacent urbs Stephani & urbs Mariæ. [73] Tradunt qvidam in arenis Lunensibus fuisse speluncam serpentibus refertam, cui Gunnarus includebatur. [74] Inde ad austrum Kioformunt (Kiofornunt). [75] Luna junguntur viæ ex Hispania & S. Jacobo. [76] Iter diei a Luna Luccam ducit. Hic est sedes episcopalis ad ecclesiam Mariæ, ubi asservatur effigies, qvam ad ipsius Christi vultum fabricari fecit Nicodemus, qvæ bis locuta fertur, altera vice pauperi calceos dans, altera pro viro accusato testimonium ferens. [77]

---

b) hic desinit Fragm. membr. No. 736. 4to.

mundum af Gricklandi ok Sikiley, Egiptalandz menn, Syrlendzkir ok Affrikar. Þar fyrir sunnan er þorp er Arnblackr heitir. Þa er Matilldar spitali, þi leystiz hon af or Montakassin at lata reisa spital ok skal hvern mann ala um nott. Þa er Sanctinusborg. Þa er Martinusborg. Þa er Semt (Semunt?); Þa er langa syn, god borg. Þar (er) biskopsstoll at Mario kirkiu; þar ero konur vænstar. Þangat ero ııj. dagleidir or Luku enn dagför þadan til Klerkaborgar, önnur til Hangandaborgar. Þa ferr yfir fiall er Clemt (Clemunt?) heitir, þar er kastali á uppi, sa heitir mala mulier, þat köllum ver illa konu; þar er hin versta þiod. Fyrir sunnan Clemt (Clemunt) er Hangandaborg. Þadan heitir Ruscia nordr til *Munbardz*. Þa ero XII. milur til Kristinoborgar, þar hvilir hon ok *er þar* spor hennar i steini. Þa ero VIII. milur til Fla...sborgar. Þa er dagför til Boternisborgar; þar er þid-

Luccæ ad austrum sita est urbs Pisa, qvam freqventant dromones mercatorii de Græcia & Sicilia, de Egypto, Syria & Africa. [78] Ad austrum jacet pagus Arnblackr dictus. [79] Tunc venis ad hospitium Mathildis, qvod ipsa, promissi coenobio Montiscassini dati soluta, fundavit; hic cuivis viatori pernoctare licet. [80] Tunc urbs Santini (Sancti Dionysii?); dein urbs Martini. [81] Tunc Siena, urbs bona, unde amplus prospectus; est ibi ad ecclesiam Mariæ sedes episcopalis. Pulcherrimas ostentat fœminas. [82] A Lucca trium dierum itinere distat; inde vero ad Sanctum Clericum [83] diei iter; hinc Aqva pendens æqve remota. [84] Transeundus tum mons Clemunt, in qvo castellum mala mulier, nostro idiomate illa kona; ibi pessimæ indolis gens degit. [85] Monti Clemunt ab austro sita est Aqva pendens. Exinde septentrionem versus, ad montem Bardonis usqve, Ruscia (Tuscia?) se protendit. [86] Hinc duodecim milliaribus distat Urbs Christinæ; ubi ipsa conditur, vestigiaqve ejus in saxo apparent. [87] Hinc ad Burgum S. Flaviani octo miliaria, [88]

reksbad. *þadan* ero X. milur til Sutarans mikla; þa er dagför til Sutarans litla, hann er hia Feginsbrecku, hon er vid Romaborg fyrir nor*dan*. Sva er sagt at Roma se IIIJ. milur á leingd enn IJ. á breidd. þar ero V. biskopsstolar. Einn er at Jons kirkiu Baptiste. þar skal eingi missu syngia yfir háaltari, sa er midr se vigdr enn lydbiskopr. þar er Pafastoll. þar er blod Christi ok klædi Mariu ok mikill hlutr beina Johannis Baptiste. þar er Umskurdr Christi ok miolk or briosti Mariu; af þorngiord Christz ok af kyrtli hans ok margir adrir helgir domar vardir i eino gullkeri miklo. Annar biskopsstoll er at Mariu kirkiu. þar skal Pafi missu syngia joladag ok paschadag. þridi er at kirkiu Stephani ok Laurenti. þar skal Pafi missu syngia hvern VIII. dag Jola ok hátidir þeirra sialfra. Enn austr þadan IJ. milur er Agnesar kirkia; hon er dyrliguz i allri borginni; hana let gera Constantia dot-

hinc diei Viterbium. [89] Est in vicinia Balneum regium. [90] Inde decem milliaribus distat Sutrium magnum, a qvo diei itinere Sutrium minus remotum; [91] hoc situm est prope montem Fajani, Romæ a septentrione proxime adjacentem. [92] Ferunt Romam longitudine qvatuor milliaria, latitudine bina se extendere. [93] Sunt in ea qvinqve cathedræ episcopales. [94] Prima est ædes Johannis Baptistæ, in qva ad summum altare nemini, episcopo suffraganeo inferiori, missam celebrare licet. Hic sedes Pontificis romani. Hic conditur sanqvis Christi, vestimenta Mariæ & ingens ossium Johannis Baptistæ copia. Hic præputium Christi, lac de ubere Mariæ, particula coronæ Christi spinis consertæ, particula vestimenti ipsius, multæqve aliæ reliqviæ magno vase aureo asservantur. [95] Secundam cathedram episcopalem habet ædes Mariæ, in qva Pontifex romanus festo natalitiorum & Paschatis missam canet. [96] Tertia est ecclesia Stephani & Laurentii, in qva Pontifex octavo natalitiorum die & ipsorum festis missam

tir Constantini Konungs er hon tok fyrri tru enn hann, ok bad hon leyfis at lata gera Agnesar kirkiu, enn Konungr leyfdi henni utan borgar, at rádi Silvestri Pafa. Þadan ero IIIJ. milur i borgina austan i hlid þat er heitir ante portam latinam, þar er kirkia Johannis postula. Fra kirkiu Johannis er skamt til hallar þeirrar, er átti Dioclecianus Konungr. Þa er Mariu kirkia. Þa er kirkia Johannis ok Pauli Martirum; þeir voru *hird*menn Constancio. Þa er Allra Heilagra kirkia mikil ok *dyrlig* ok er opin ofan sem Pulkro kirkia i Hierusalem. Vestr fra borg*inni* er Páls kirkia; þar er munklifi ok borg um utan er gengr or Roma. Þ*ar* er stadr sa er heitir Catacumbas. Þetta er alt fyrir utan Tifr, hon fellr i gegnum borgina Roma, hon hét fordum Alba*na*. Crescencius kastali er hæstr i borginni fyrir hedan ána, hardla rikr. Þa er Kauphus Petrs Postola hardla mikit ok langt. Þa er hin

celebrabit. [97] Hinc binis milliaribus remota est ædes S. Agnetis, in universa urbe præstantissima, qvam Constantia filia Imp. Constantini, ante patrem religioni Christianæ addicta, indultu Imperatoris & auctoritate Papæ Sylvestri, extra urbem ædificari curavit. [98] Hinc ex oriente, qvatuor milliaribus trans urbem, distat porta qvæ nuncupatur porta latina; ibi est ædes Johannis Apostoli. [99] Huic vicinum est palatium Imp. Diocletiani; [100] tum ædes Mariæ; [101] tum ædes Johannis & Pauli Martyrum; erant hi aulici Constantiæ. [102] Dein ædes Omnium Sanctorum, ampla & splendida, & superne aperta tanqvam ecclesia sancti sepulchri Hierosolymis. [103] Urbi ad occidentem sita est ædes S. Pauli, cui junctum monasterium cum arce, utrumqve extra Romam. [104] Ibi qvoqve sunt Catacombæ. [105] Hæc omnia extra Tiberim sita sunt, qvæ, olim Albana dicta, per Urbem Romam currit. [106] Castellum Crescentii, urbe citeriori editissimum itemqve firmissimum est. [107] Tum basilica Petri Apostoli vasta & lon-

gaufga Petrs kirkia hardla mikil ok dyrlig. Þar er lausn öll of vandrædi manna of allan heim ok skal austan ganga i Petrs kirkio ok alltari i midri kirkiö. Þar er Petrs örk undir alltara ok þar var hann i myrkvastofu. Ecclesia Petri CCCCLX pedum a foribus longa ad sanctum alltare, sed lata CCXXX pedum ok þvi nær stod Cross Petri þa er hann var pindr, sem nu er háalltari. I þeim ero half bein Petri ok Pauli Guds Postula ok half huortveggi ero i Páls kirkiu. I háalltara ero folgin XXV. beina lærisveina Christs, þeirra er Petro fylgdu i Romaborg. I Petrs kirkiu er alltari Silūr (Siluestri) Pape þar sem hann hvilir. Gregorius alltari er i Petrs kirkiu, þar sem han hvilir. Petrs nál er hia uti fyrir vestan. Sva hafa frodir (rettordir) menn sagt, at eingi se sva frodr, at vist se at viti allar kirkiur i Romaborg. Roma heitir fyrir (nordan?) Tifr enn Latran fyrir sunnan, ok þo allt saman Romaborg.

ga. [108] Dein ædes famosa S. Petri ampla & magnifica, ad qvam ex toto orbe confluunt, qvicunqve in rebus trepidis salutem desiderant. [109] Limina ædis S. Petri versus orientem sunt, & in medio ejusdem altare, sub qvo sarcophagus S. Petri. Ibi qvoqve carcere inclusus erat. [110] Ecclesia S. Petri CCCCLX pedes a foribus longa ad sanctum altare, sed lata CCXXX pedes. [111] Crux, cui Petrus affixus interiit, prope locum, qvo nunc extat summum altare, erecta stetit. In hoc recondita est dimidia pars ossium Petri & Pauli Apostolorum, altera vero in ecclesia S. Pauli. [112] Summum altare comprehendit qvoqve reliqvias viginti qvinqve discipulorum Christi, qvi Petrum Romam seqvebantur. In æde S. Petri extant altaria Silvestri Papæ & Gregorii (Papæ); qvisqve sub altari suo qviescit. [113] Extra ecclesiam occidentem versus stat Obeliscus S. Petri. [114] Referunt periti, neminem, omnium Romæ existentium ecclesiarum, exploratam notitiam habere. [115] Pars urbis ad septentrio-

Þadan ero X. milur til Ti . . . am. Þa er dagför til Florenciusborgar, önnur til Separansb(orgar). Þ*ar* fellr áin Garilea, hon skilr Romveriariki ok Sikileyiar ok þ*ar* er Campania edr Pull fyrir utan, enn Italia fyrir nordan. Þa er . . ynaborg XII. milur fra Separani; þa VI. milur til fialls Montakassin; þar er munklifi rikt ok borg um utan ok X. kirkiur i. Þar er æzt kirkia Benedicti, þar skolo eigi konur koma i. Þar er Martinus kirkia er Benedictus let gera; þar er fingur Mathei postula ok armleggr Martinus biscops. Þar er Andreas kirkia ok Mariu kirkia; Stephanus kirkia ok Nicholas kirkia. Þa ero ıȷ. dagleidir til Kapu. Germanus bpc (borg?) er næst Montakassin. Þa ero ıȷ. dagleidir til Beneuentar; hon er mest borg á Puli. I utsudr þadan er Salerniborg, þar ero læknar beztir. Sepont hon stendr undir Michiallsfialli ok er ııȷ. milur á

nem Tiberis sita, Roma, ad austrum, Lateranum nuncupatur; utraqve vero nomine Romæ comprehenditur. [116] Ab urbe decem milliaribus distat Tusculum. [117] Inde diei iter ad Ferentinum; [118] hinc itidem ad Ceparanum. [119] Amnis Liris terminum constituit inter territorium romanum & regnum Siciliæ; [120] hinc ab austro se protendit Campania sive Apulia, Italia vero a septentrione. A Ceparano duodecim milliaribus distat Aqvinum. [121] Inde sex milliarium iter ad Montem Cassinum, [122] ubi monasterium opulentum cum arce & decem ecclesiis. Harum primaria est ædes S. Benedicti, ad qvam aditus fæminis interdicitur. Inter cæteras est ædes S. Martini a Benedicto exstructa, qva conditur digitus Mathæi Apostoli & brachium Martini Episcopi; porro ædes S. Andreæ, D. Mariæ, S. Stephani & S. Nicolai. Hinc bidui itinere distat Capua. Proximum Monti Cassino situm est oppidum Germani. [123] Post bidui iter venitur Beneventum, maximam in Apulia urbem. [124]

breidd enn X. á leingd ok er hon á fiall upp. Þar er hellir Michaelis ok silkidukr er hann gaf þangat. Þa er dagför til Barlar. Þa VI. milur til Traan; þa ıııj. til Bissenoborgar; ıııj. til Malfetaborgar; ıııj til Ivent; þa VI. til Nicholaus i Bar, þar hvilir hann. Su er önnur ferd it vestra til Kapu or Romaborg til Albanus bg (borg?). Þadan ferr til Flaiansbruar, hon er ıj. vikna för at endilangri, ger um fen ok skoga, ok er þat hit agæ-tasta mannvirki, ok ferr of skoga fulla dagleid, ok hvert fet ofært nemá at Flaiansbru. Þa er Terentiana; hana brutu Romveriar ok er hon nu litil. Þa er Fundiana. Þa er Garda. Þa er ıj. daga för til Kapu. Þa ferr til Beneuentar. *Ut fra* er Manupl. Þa Brandeis. I hafsbotn þadan ero Fe-neyiar. *Þar er* Patriarchastoll; þar ero helgir Marcus domar og Lucas. Skamt fra *D*uracur er Mariohöfn. Þa er Visgards höfn. Þa er Engilsnes.

Hinc ad africum habes Salernum, ubi ars medica floret [125] Sipontum jacet sub monte Michaelis (Gargani); tria milliaria latitudine & decem lon-gitudine sursum montem se extendit. Ibi spelunca S. Michaelis & sudarium bombycinum ab ipso Sancto dona-tum. [126] Inde iter diei Barulum; inde sex milliaria Tranum; [127] inde qvatuor Vigilias; [128] inde totidem Melfitum; [129] inde totidem Juve-natium; [130] inde sex milliaria Ba-rium, ubi conditur S. Nicolaus. [131] Alia via ex urbe Romæ, occidentem versus ad Capuam per Albam du-cit. [132] Hic oritur via Appia qvam trium hebdomadum iter emetitur. Opus hoc vere mirificum, trans pa-ludes & sylvas continuatum, integræ diei itinere per sylvas ducit, cæ-teroqvin impervias. [133] Extat tunc Terracina, oppidum jam exiguum, postqvam illud everterunt Roma-ni. [134] Venitur dein Fundos; [135] dein Garilianum. [136]. Hinc biduo proficisci licet Capuam. Inde Bene-ventum iter fit, a qvo procul distant Monopolis [137] & Brundusium. [138]

Þa er skamt til eyiar Paciencia e (edr?) Sikileyiar; þar er iardelldr ok votn vellandi sem á Islandi. Þa er borg er Martini heitir, hon er á Bolgaralandi. Þa er at sigla til eyiar er Ku heitir; þar koma leidir saman af Puli ok af Miklagardi; verdr til landnordrs á Pul enn ut i haf til Kritar. Ut fra Ku er ey (er) Roda heitir. Þa er at sigla yfir til Griklands til Rauda Kastala. Þa er Patera; þar var Nicholaus biscop fæddr ok stendr þar enn skoli hans. Þa er Mirreaborg; þar var hann Biscop. Þa er skamt til Jalandanes á Tyrklandi. Þa er ıȷ. dægra haf til Kiprar. Þar gengr hafsbotn, er Nordmenn kalla Atalsfiord, enn Grickir kalla Gullus Satalie. I Kipr er borg (er) Bessa heitir; þar er Væringia seta; þar andadiz Eirikr Danakonungr Sveinsson brodir Knuts hins helga. Hann lagdi fé til i Luku, at hverr madr skylldi drecka vin okeypiss... einu af danskri tungu ok

In sinu abhinc sita est Venetia, ubi sedem habet Patriarcha, reliqviæqve Marci & Lucæ asservantur. [139] A Dyrrachio [140] haud procul distat portus Mariæ, [141] dein portus Guiscardi, [142] dein Promontorium S. Angeli. [143] Hinc cominus remota est insula Patientia sive Sicilia, qvæ, tanqvam Islandia, præfert ignem subterraneum & thermas ferventes. [144] Tum in Bulgaria urbs Martini. [145] Inde navigatio fit ad insulam Coon; juxta hanc coeunt viæ ex Apulia & Constantinopoli; versus euronotum Apulia, trans mare Creta petenda est. [146] A Coo aliqvantum distat insula Rhodus, unde transitus fit ad castellum rubrum in Græcia. [147] Tum Patera, ubi Nicolaus episcopus natus est & adhuc ostenditur schola ejus; tum Mirrea ubi episcopus fuit. Inde haud procul distat Jalandanesum in Turcia. [148] Tum bidui navigatione Cyprus attingitur, ubi sinus maris, qvem Boreales sinum Atali, Græci vero Gulfum Sataliæ dicunt, [149] se immittit. In Cypro extat urbs Bessa, [150] statio

hann let gera spital VIII. *milum* sudr fra Plazinzoborg; þar er hverr madr fæddr. Hönum veitti Paschalis Papa at færa Erchistol af Saxlandi i Danmörk. Fra Kipr er ıȷ. dægra haf til Akrsborgar, hon er á Jorsalalandi. Þa er Chafarnaum, hon het fordum Þolomaida. Þa Cesarea. Þa er Jaffa. Hana kristnadi Balduini Jorsalakonungr ok Sigurdr Konungr Magnus, son Noregs Konungs. Þa er Askalon, hon stendr á Serklandi ok er heidin. Enn austr fra Acrsborg er Syr, þa Seth, þa Tripulis, þa Lic, þar gengr inn hafsbotn, þann köllum ver Anþekiofiord. Þar er Anthiochia i botninum. Þar setti Petr Postuli patriarchastol sinn. Þessar borgir allar standa á Syrlandi. Galilea herat er upp á land (fra) Akrsborg. Þar er fiall mikit er Taborheitir; þar syndiz Postulum Moy-

Barangorum; in ea obiit Ericus Rex Daniæ, filius Svenonis, frater Canuti Sancti. Is Luccæ argentum impendit, ex qvo cuivis, danica lingva utenti, sat vini sine pretio suppeditaretur. Hospitium qvoqve octo milliaribus a Placentia, austrum versus, fundavit, in qvo cuivis victus præberetur. [151] Ei Paschalis Papa potestatem fecit, sedem archiepiscopalem in Dania (Saxonicæ olim subdita) constituendi. Ex Cypro bidui navigatione distat Acrsburgum (Ptolomais) in Palæstina. [152] Tunc extat Capernaum, olim Ptolomais; tunc Cæsarea, [153] tunc Jaffa, qvam ad fidem christianam perduxit Balduinus Rex Hierosolymitanus & Sigurdus Rex, filius Magni Regis Norvegiæ; [154] tunc Askalon in Serklandia, adhuc ethnica. [155] Acrsburgo ad orientem extat Syr, tunc Seth, tunc Tripolis, tunc Lic; [156] hic ex mari sinus ingreditur, nobis sinus Antiochensis dictus, ex Antiochia ibi sita, in qva urbe Petrus Apostolus sedem patriarchalem constituit. Sunt autem hæ omnes urbes in Syria. Pro-

sės ok Helias. Þa er Nazaret, þar kom Gabriel engill til motz vid Mario ok þar var Cristr fæddr ııȷ. vetr ok XX. Þa er þorp er heitir Gilin. Þa er Johannis kastali er fordum het Samaria. Þar fanzt heilagr domr Johannis Baptista. Þar er Jacobs brunnr er Christr bad konuna gefa ser at drecka af. Þa er Nepl mikil borg. Þa er borg er heitir Casal. Þa er Maka Maria. Þa er upp til Jorsalaborgar; hon er agæzt borga allra i heimi. Of hana er hvervetna sungit um alla kristni, þviat þar ser enn stormerki pislar Cristz. Þar er kirkia su er gröf Drottins er i, ok stadr sá er cross drottins stod. Þar ser glögt blod Christz á steini sem nyblætt se, ok sva mun þar vera til domsdags. Þar ná menn liosi á Pascha aptan or himni ofan. Hon heitir Pulkro kirkia; hon er opin ofan yfir

vincia Galilæa ab Acrsburgo extenditur. Ibi mons ingens Tabor dictus, ubi Apostolis apparuit Moses & Elias. [157] Juxta hunc est Nazareth, ubi Angelus Gabriel Mariam visitavit & Christus per annos viginti tres nutritus est. [158] Tum vicus Gilin; [159] tum castellum Johannis olim Samaria; ibi effossæ sunt reliqviæ Johannis Baptistæ. [160] Tum puteus Jacobi, ex qva Christus potum a muliere rogavit. [161] Dein urbs ingens Nepl; [162] dein urbs Casal; [163] dein Magdalum. [164] Hinc iter fit Hierosolymam. Est ea omnium, qvotqvot existunt civitatum, præstantissima, in universo orbe christiano decantata, utpote qvæ adhuc manifesta passionis Christi indicia exhibet. Ibi extat ecclesia, in qva sepulchrum Domini locusqve in qvo crux ejus stetit. Sangvis Christi, tanqvam recenter effusus in lapide adhuc apparet & ad diem extremum apparebit. Ibi vigilia Paschatis lumen cæleste descendit. Vocatur ecclesia sancti sepulchri; habet super sepulchrum aperturam. Ibi est me-

grofinni. Þar er midheimr. Þar skinn sol jamt or himni ofan of Johannis missu. Þar er spitali Johannis Baptista, sa er rikaztr i öllum heimi. Þa er Davids tiorn. I Hierusalem er templum Domini ok Salomons musteri.

I utsudr fra Jorsalaborg er fiall þat er heitir Synai. Þar kom hinn helgi andi yfir Postula ok þar matadiz Christ skirdags aptan, ok stendr þar enn bord þat er hann matadiz á. Fiorar milur sudr fra er Bethleem, litil borg ok fögr, þar var Cristr borinn. Þadan er skamt til Bethania kasta (la), þar reisti Crist Lazarum af dauda. I landsudr fra Jorsalaborg er vatn þat er heitir daudasiorr, þar sökdi Gud nidr borgum ij. Sodoma fyrir handan, enn Gomorram fyrir hedan. Þar fellr Jordan igegnum ok blendz ecki vid vötnin, þviat hon er helgaz vatn. Austr fra borginni er fiall er heitir mons Oliveti, þar ste Cristr upp til himna. Á medal fiallzins ok Jorsalaborgar er dalr sá er heitir vallis Josaphat. Þar er grof

dium est orbis; ibiqve sol festo S. Johannis stat in centro cæli. [165] Est ibi hospitium Johannis Baptistæ, omnium in orbe, ditissimum, [166] item turris Davidis. [167] Hierosolyma qvoqve habet templum Domini & templum Salomonis. [168]

Hierosolymæ ad africum situs est mons Sinai (l. Sion), ubi spiritu sancto repleti sunt Apostoli & Christus die viridium cænavit; ostenditur adhuc mensa. [169] Qvatuor milliaribus abhinc versus austrum distat Bethleem, oppidum exiguum & spectabile, ubi natus est Christus. [170] Exinde haud procul remotum est castellum Bethaniæ, ubi Christus Lazarum a morte revocavit. [171] Hierosolymæ ad euronotum est mare mortuum, in qvo Deus binas urbes, illic Sodomam, hic Gomorram submergi fecit. Per illud currit flumen Jordanus, non tamen cum eo miscetur, utpote fluminum sanctissimum. [172] Urbi ad orientem est mons Oliveti, ubi Christus ad cælum ascendit. Montem inter & Hierosolyman est vallis Josaphat, in qva est sepulchrum Re-

Mario Drotningar. Þa er löng stund til Querencium fiallz. Þar fastadi Gud ok þar freistadi diöfull hans. Þar er Abraams kastali. Þar stod Hiericho. Þar ero Abrahams veller. Þa er skamt til Jordanar er Cristr var skirdr; hon fellr or landnordri i utsudr. Þar fyrir utan ána er Rabitaland, enn fyrir hedan Jorsalaland er þeir kalla Syrland. Á árbackanum stendr ein litil kapella; þar for Cristr af klædum sinum ok er þvi kapellan ger til vitnis þess stadar sidan. Ut vid Jordan, ef madr liggr opinn á slettum velli, ok setr knesitt upp ok hnefa á ofan, ok reisir þumalfingr af hnefanum upp, þa er leiþarstiarna þar yfir at siá jafnhá enn eigi hærra.

Utan fra Jordan er V. daga för mikil til Akrsborgar, enn þadan XIIII. dægra haf á Pul; þat er XVIII. hundrud milna. Enn XIIII. daga ganga or Bár i Romaborg. Litil VI. vikna för sunnan til Mundio enn III. nordr i Heidabæ. Enn hit eystra Iliansveg er IX. vikna för. Siau daga för or Heidabæ i Vebiorg. Þa

ginæ Mariæ. Inde procul remotus est mons qverentium, [173] ubi Christus jejunabat & a Diabolo tentabatur. Ibi est castellum Abrahami, Hiericho & campi Abrahami. [174] Inde brevi distat Jordanus ab euronoto ad africum fluens, in qvo Christus baptizatus fuit; ultra fluvium est Rabita, citra eundem terra Israelitarum qvam vocant Syriam. [175] Juxta ripam fluvii erectum est sacellum parvum in memoriam loci, ubi Christus vestes deposuit. [176] Homini in planitie juxta Jordanem supine recubanti, genu erecto, manu ei imposita polliceqve in altum sublata, cynosura apparet perinde evecta. [177]

A Jordano est qvinqve dierum magnum iter Acrsburgum & inde qvatuordecim nycthemeriorum sive mille & octingenta milliaria trans mare in Apuliam. Ex Bario qvatuordecim diebus Romam proficisci licet. Hinc sex hebdomadum lento itinere Alpes attinguntur, hinc itidem trium, Heidabæa. Orientalis vero via Iliani novem hebdomadum itinere absolvi-

er Stöduborgará (Sköduborgará) á midmunda. Or Vebiörgum er II. daga för til Alaborgar. Leidarvisir sea ok borga skipan ok allr þessi frodleikr er ritinn at fyrirsögn Nicholas Abota, er bædi var vitr ok vidfrægr, minnigr ok margfrodr, rádvis ok rettordr ok lykr þar þessi frasögn.

tur. [178] Septem dierum itinere Heidabæa Viburgum distat. Has inter medius extat amnis Skodburgicus. Itinerarium hoc, civitatum enumeratio, cæteraqve notitia literis mandata est ex ore Nicolai Abbatis, viri sapientis & celebris, memoris & multiscii, prudentis & veracis. Explicit jam hæcce relatio.

Annotationes.

[1] Vide, qvæ occasione hujus loci observavit *Suhmius* Hist. crit. Dan. II. p. 587. Locus huic parallelus extat *Rymbegla* p. 340, in quem commentatus est Celeberr. *Hallenberg* Anmärkningar til 1ste D. af Lagerbrings Swea Rikes Hist. I. p. 80.

[2] Eadem legenda extat in scripto svecico Sec. XIII.; *Lagerbring* Hist. Sveciæ II. p. 863.

[3] Qvæ hic et in varia lectione de terris Europæ ad euronotum sitis, occurrunt, pro parte jam leguntur in *Scr. Rer. Dan.* T. II. p. 36. Loca hæc allegantur, cum aliis historiis islandicis, inprimis *Orvaroddssaga*, conferuntur, nominaqve locorum illustrantur in *Suhmii* Hist. crit. Dan. II. p. 812, Ej. Hist. Dan. I. p. 87. II. p. 365. Mirum, populis Septentrionalibus de situ regionum, qvibuscum iis tam antiqva et multifaria commercia intercedebant, haud rectius constitisse. Sine dubio Holmgardia et Gardarikia erant regna diversa, sæpe tamen confunduntur, ut apparet ex *Heimskr.* II. p. 128. 131. 132. 153. 399. III. p. 2. V. p. 298. cfr. *Schöningii* Hist. Norv. I. p. 475. III. p. 185.

[4] Simili cum encomio insignis hujus templi mentionem faciunt nonnulli Medii AEvi Scriptores. Sic *P. Warnefridi* Hist. Longobard. I. c. 25: "templum . . . cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in *totis terrarum spatiis* huic simile non possit inveniri;" cfr. *Dufresnii* Hist. Byzantina. Comm. II. p. 5. sq.

[5] Recte se habet hæc Nostri de Bulgaria assertio. Bulgari enim A. 971 imperio Græco subditi, ab A. 1186 libertatem sibi vindicarunt. Errat vero Auctor *Heimskr.* II. p. 325. cum de Bulgaria tanqvam provincia Gardarikiæ et ethnicismo dedita loqvitur. Christianismum enim Bulgari jam Sec. IX. amplexi sunt et de Russorum in eos dominio nil constat, si excipias illos ab Imp. Nicephoro A. 967 excitatos Bulgarorum terram occupasse, qvam demum ab Johanne Zimisce linqvere cogebantur. *Stritteri* Memoriæ populorum ad Danubium. T. II. P. 2. p. 446.

[6] Germania in scriptis islandicis alias vocatur *Saxland* vel *fyri nordan fiall.* Noster per *Saxland* intelligit Germaniam ad orientem Rheni, per *Frakland* terras ad occidentem hujus fluvii (sic etiam *Scr. Rer. Dan.* II. p. 280) imo ipsam Galliam, qvæ cæteroqvin *Valland* denominatur; cfr. *F. Johann. H. eccl. Isl.* I. p. 218.

[7] Per Frisiam Noster intellexit Bataviam et oram Germaniæ occidentalem usqve ad terminos Daniæ. Conspirant hæc omnino cum iis, qvæ de istarum regionum situ nobis suppeditant relationes de veterum expeditionibus huc factis. Maxime ad austrum se extendit *Flæmingaland* s. *Flandr* (Belgium) *Valland* (Galliæ) contermina; *Hmskr.* I. p. 221. III. p. 146. 224. *Scr. Rer. Dan.* II. p. 37. Belgio ad septentrionem jacet *Frislandia* (huc qvoqve pertinet Batavia *Hmskr.* II. p. 9) Daniæ contigua, sive ad Eidoram usqve se protendens; ibid. T. I. p. 110. III. p. 146. Hinc sermo est de confinio ubi Dania et Frisia iunguntur, "landamæri þar er mætiz Danmörk ok Frisland," *Eigla* p. 260. et de "Helgolandia in confinio Frisonum et Danorum" apud Alcuinum, vid. *Werlauff* et *Outzen* Friisskrifter ang. det danske Sprog p. 23. 35. Alicubi vero inter Frislandiam et Flamingiam ponitur Saxlandia qvædam (*Hmskr.* I. p. 110. 221. 257.) et tunc intelligi debet per Flamingiam tam Belgium qvam Batavia, per Saxlandiam Germania occidentalis Albi ad austrum, per Frislandiam vero *Frisia minor* (*Saxo* p. 260) in Jutia australi, sic dicta a Frisonibus, qvos ab antiqvis inde temporibus hic sedes fixisse, constat.

[8] Eadem leguntur de Danubio in Emendationibus ad *Gervasii Tilb.* Otia Imper. in *Leibnitii* Scr. Brunsvic. III. p. 764.

[9] Per *libros antiqvos* (qvibus etiam *Hervararsaga* p. 2. superstruit suam de Turcarum et Asianorum in Septentrionem immigratione) certe intelligendi sunt, præter dictam historiam, *Eddæ* recentioris *Prologum, Rymbeglam* p. 316. et *Fragm. island.* in *Scr. Rer. Dan.* II. p. 34. 36. etiam qvidam Medii Ævi Scriptores ex. gr. Jornandes, P. Warnefridus et q. s. a. Hæ vero traditiones antiqvæ, gentium septentrionalium prima incunabula in ista Thracia sive Tyrklandia collocantes (cfr. *Suhmii* Hist. crit. Dan. II. p. 550 567.) mirum in modum corroboratæ sunt *Raskii* nostri eruditissima et sagacissima hujus materiæ investigatione, cujus novimus finem, lingvæ nempe scandinavicæ a magna thracica lingvarum classe derivationem (Undersögelse om det gamle nordiske Sprogs Oprindelse p. 159. 301.)

[10] Norvegiam primos inhabitantes e Svecia nactam fuisse, et natura docet et antiqvissimæ traditiones innuunt, scil. *Eddæ Prol.* (ed. *Rask*) p. 15, *Fundin Noregr* (*Mülleri* Sagabibliothek II. p. 443); cfr. *Schöningii* Hist. Norv. I. p. 60. Innotuere qvoqve recentiori tempore factæ immigrationes; *Hmskr.* I. p. 57.

[11] Vix datur mare, cujus tam variæ et vagæ extitere, antiqvo tempore, appellationes, ratione gentium vel ad illud situs diversi, vel de eodem plenioris aut incertioris notitiæ, qvam mare balthicum. Noster illud ex situ ejus describit, nomine suppresso. Confirmatur exinde, antiqvos per *Austrveg* intellexisse regiones circa hujus maris orientalia et australia littora (cfr. *Hmsk.* I. p. 110. *Edda* ed. Raskio p. 193.), non ipsum mare, ut qvibusdam placuit (*Ihre* Gloss. Sviogoth. II. col. 323. *Schlözeri* Allgem. Nord. Gesch. p. 543); id enim in scriptis Islandorum audit *Eystrisalt* (mare orientale) poet. *Austrmarr*, conferendum cum Scriptorum francicorum *Ostersalz* (*Scr. Rer. Dan.* I. p. 499). Similiter ex situ *orientali* innotuit: *Agathemero* (Ptolemæo ætate haud multum inferiori, *Hudsoni* Geogr. min. I. p. 54) cui est "*orientalis* pars oceani arctici;" *Eginhardo* († 839), cui: "sinus qvi ab occidentali *orientem* versus porrigitur" (Vita Caroli M. c. 12); *Othero* (Sec. IX. fine, Periplus ed. Rask. p. 22) cui: *Ostsæ*; *Ad. Bremensi* (Sec. XI.) cui: "*orientalis* pelagus,

mare *orientale*" et deniqve *Rog. Baconi* (Sec. XIII. Opus Majus p. 169) cui: "mare *orientale*, qvia oceanus non se extendit ultra illud mare."

[12] Fertur, Biarmiam jam Sec. XI. et XII. verum certo constat eandem circa A. 1270, Novgorodiæ subjectam fuisse; *Schlözeri Nestor* I. p. 47, *Mülleri* Samml. russ. Gesch. V. p. 418.

[13] Similis limitum Norvegiæ descriptio extat in *Olafs helga S.* (Cod. Flatey: *Torfæi* Hist. Norv. T. I. p. 162) et *Olafs S. Tryggv.* ed. Reenhielm p. 92, qvæ ultima tamen habet *Englandssior* pro Aungulseyarsund. Per *Englandssior* s. *Englandshaf* (etiam in Monumento runico vid. *Ingvar Vidf. S.* p. 174) intelligitur mare occidentale, cujus pars, occidentalem Norvegiæ oram alluens, dicitur *Solundarhaf* s. *Vestrasalt.* Credo igitur hic legendum E-sior non A-sund. Qvid enim Insulæ Monæ (Aungulsey) juxta Britanniam cum terminis Norvegiæ? nec magis de insula parva Halogiæ hujus nominis, nunc *Engelen,* cogitandum. De Vegestaf, promontorio Veggin, in insula Arnöa vid. *Schöningii* Norges gamle Geographie p. 45. De Finnmarkia ad Gandvikum se porrigente ibid. p. 54-55.

[14] De hacce Margareta A. 1178 in ecclesia D. Virginis Roskildensi sepulta vid. *Suhmii* Hist. Dan. VII p. 505. 526.

[15] Descriptio Sveciæ est admodum mendosa. Pro "þat er Eyland," legendum statuo "þa er Eyland" sc. insula Ölandia. Uti Noster, *Ad. Bremensis* duplicis Qvenlandiæ (terræ fæminarum) mentionem facere videtur (ed. Lindenbrog. p. 136. 138. cfr. *Schöningii* Norges gamle Geogr. p. 29). Forsan hic cogitavit Qvenlandiam et Finnlandiam, qvæ junctim memorantur *Eigla* p. 58. cfr. *Otheri* Periplus ed. Rask. p. 103.

[16] Eadem de Biarmia leguntur in scripto deperdito *Gripla* (*Torfæi* Grönl. p. 23. *Arn. Jonæ* Grönlands Beskr. p. 2). Sententiam *Gudbr. Thorlacii* Ep. Holensis de situ harum regionum vid. in Ep. Ejusd. ad Anglum qvendam A. 1595 in *Hakluyti* Principal Navigations "I. p. 590. De vicina ... *Grönlandia,* id veterum opinione habemus, eam magno circuitu, ab "extrema Norvegia, ubi *Biarmlandia* nuncupatur, et a qva haud vasto intervallo sita sit, cir-"cum qvasi Islandiam exporrigi." Cfr. *O. Magni* Epit. hist. de gentibus Septentrionalibus p. 48. *Torfæi* Hist Norv. I. p. 162. Ej. Grönlandia p. 35, *Schöningii* N. gamle Geogr. p. 56. Miræ hæ veterum opiniones similesqve de itineri pedestri e Norvegia in Grönlandiam (*Verelii* Hervarars. p. 28. *Rymbegla* p. 466), qvodammodo corroborare videntur hypothesin *Neikteri* de duplici Grönlandia, altera cum Nova Zembla, Freto Waigatz, Siberiæ boreali littore synonyma (Observatt. hist. geogr. Partic. p. 7. Obss. de terris ad Mare album, qvæ in Sagis Islandorum memorantur p. 8). De Vinlandia Africæ continua cfr. Griplam in *Hervarars.* ed. Verelii p. 27; sed qvomodo hoc intelligendum?

[17] De Thorfinno et Leifo cfr. Heimskr. I. p. 311. 325.

[18] Eundem Islandiæ ambitum computat schedula antiqva, allegata in *Schöningii* Hist. Norv. III. p. 417. Sex nychthemeriorum sive 144 milliarium norvegicorum navigationem habet *A. Jonæ* Comm. de Islandia fol. 10. Ej. Crymogæa p. 16.

[19] Eandem promontorii Stadensis in Norvegia ab Horno qvadrantis orientalis distantiam indicat *Landamabok* p. 4. et ex eodem *Rymbegla* p. 318, *Scr. Rer. Dan.* II. p. 32. *Ad. Bremensis* (p. 151) loqvitur de V. aut VII. diebus.

[20] Per *Alasund* intelligitur brachium sinus Lymici ad Alburgum se porrigens, nunc *Aalborgsund* dictum; vid. *Danske Atlas* IV. p. 29. Hæc denominatio forsan antiqvior est qvam Alburgi. E Vikia Norvegiæ antiqvo tempore transitus erat in promontorium Jutiæ

Vendilam (*Ad. Brem.* p. 136. 148). Primum Halso in sinu Lymico (*Hmskr.* I. p. 200) et postea, Alburgo condito, huic urbi naves applicarunt (*Ad. Brem.* l. c. *Knytl. S.* p. 212). Qvocirca in bellis Norvegicis intestinis ad hanc urbem crebro se receperunt profugi Norvagi (*Hmskr.* III. p. 337. 349. IV. p. 339. 345. 388. 397.) Etiam ex hac urbe in Islandiam transitum fuisse, monet Schol. in *Ad. Brem.* ed. Lindenbr. No. 102. Forsan hæc loci conditio nonnihil contulit ad municipii hujus incrementum.

[21] Liceat nobis hæc itinera romana, qvorum vim et efficaciam in gentium septentrionalium culturam jam probavit *Joh. Erici* in Disq. de vett. Sept. peregrinationibus p. 83. ratione occasionis, viæ temporisqve, diligentius examinare.

Inceperunt hæ peregrinationes brevi post religionis christianæ in has regiones introductionem. Vix in Dania radices egerat Christianismus, cum Canutus M., vix in Norvegia, cum Sighvatus Poëta (*Hmskr.* III. p. 10) Romam peteret, et intra tria lustra post fidem christianam ab Islandis receptam, itinera hujus gentis in Romam commemorentur (*Olafs S. Tryggv.* II. App. p. 16. *Nials S.* 275. 281.), qvorum vel ante periodum christianam, ab Islandis extra patriam baptizatis, exempla dantur (*Gisla Surss. S.* in Collect. B. Marci g. 179). Hisce profectionibus ansam dedere variæ rationes, qvales fuere:

a) Pietatis studium, vel voti persolvendi gratia vel absqve tali. Hoc adducti talia itinera susceperunt Reges Daniæ Canutus M. et Ericus bonus, Comes Ericus, morte tamen impeditus (*Hmskr.* II. p. 24), Einarus Thambaskelfir (ibid. p. 199) Rafnus Sveinbiörni filius (*Sagabibliothek* I. p. 238) et plures, de qvibus vide *Hmskr.* I. p. 317. 326. *Kristni S.* p. 122. *Landnamabok* p. 391. *Sturlunga* I. p. 97-98. 222. &c.

b) Absolutionem a sede apostolica, vel ob propria vel aliorum delicta, obtinendi necessitas. Qvæ, imprimis tempore Sturlungorum turbulento, multos Islandorum ad hæc itinera compulit; vid. *Sturl. S.* II. p. 35. 147. III. 119. 298, *F. Johannæi* H. eccl. Isl. I. p. 188, *Sagabibl.* I. p. 241-42. cfr. *Gretla* in Collect. B. Marci p. 162, *Heimskr.* IV. p. 7.

c) Negotia, a clericis in curia romana vel proprio, vel Regum et principum nomine, exseqvenda. Sic Olaus tranqvillus R. Norv. Episcopum Bernhardum Romam ablegavit, pacem pro defunctis impetraturum; (*Suhmii* Hist. Dan. IV. p. 165). Primi Islandorum Episcopi confirmationem muneris ab ipso Pontifice romano petere tenebantur (*Hungrvaka* p. 42. *Sturlunga* I. p. 204. *F. Johannæi* Hist. eccl. Isl. I. p. 324). Posthac, ex constitutione sedium Archiepiscopalium, arctiore regnis borealibus cum curia romana nexu intercedente, hæc itinera increbuere, nominatim e Norvegia. Exempla qvære *Hmskr.* III. p. 363. IV. p. V. p. 166. 183. *Sturl. S.* IV. p. 15.

Tales peregrinationes *Romaför*, *Romferd*, *Sudrganga*, *Sudrferd*, ipsi vero peregrinantes *Romferlar*, *Sudrgaungomenn* appellabantur; dicebantur qvoqve hi *at ganga sudr*, *at fara sunnan*. Diversas vias (*Romavegir*, *Sudrvegir*) seqvebantur Septentrionales, nominatim Norvegi et Islandi. Memorantur nimirum:

a) Via occidentalis (hin vestra leid). Navigarunt tum austrum versus (sudr um sæ) ad Britanniam et Galliam, trans hoc regnum Helvetiamqve Italiam petentes (*Suhmii* Hist. Dan. III. p. 607. sq. de Canuto M. *Hmskr.* II. p. 198. *Nials S.* p. 281. *F Johannæi* Hist. eccl. Isl. I. p. 320). Interdum Flandriæ et Galliæ naves applicantes, per fretum Gaditanum in Italiam tetenderunt. *Hmskr.* III. p. 224. cfr. *Scr. Soc. Scandin.* 1814. p. 93.

b) Via orientalis (hin eystra leid), dicta, qvod per Germaniam duxit (*Nials S.* p. 281). Erat hæc triplex. *Prima*, per Germaniam occidentalem, Helvetiamqve in Italiam profecti sunt; hanc viam Itinerarium nostrum describit, eamqve Islandi in primis prætulerunt, itinera romana a Bergis Norvegiæ, per Daniam inchoantes (*Olafs. S. Tryggv.* II. App. p. 17. *Anecd. de Auduno*, ed. Thorlacio p. 4. *Liosvetn. S.* c. 28. 29. *Hungrvaka*

p. 14. 188. *Hmskr.* IV. p. 223. *Sturl. S.* I. p. 97. II. p. 147. 172. *Orkney. S.* p. 318). *Secundam* seqventes, a Norvegia ad Deventriam vel Ultrajectum navigarunt et exinde Coloniam petentes, iter per Germaniam continuarunt; qvæ via, in itinerario qvoqve indicata, minus usitata videtur cfr. tamen *Hungrvaka* p. 112. *Sturl. S.* IV. p. 84. *Tertia*, a Lybeka per Germaniam orientalem, Tyrolum, Italiamqve orientalem duxit. Indicatur hæc via in manuscripto chartaceo *Arna-Magnæano* No. 281. 4. ex antiqviori Codice verosimiliter exscripto, qvod danice versum edidit *Suhmius* Hist. Dan. V. p. 44. Commemoratio Lubecæ innuit hanc viam ævo, Sec. XIII. vel XIV. antiqviori, haud adscribendam; attamen Ericus bonus, qvem Venetiis deprehendimus, jam simile iter iniisse videtur. Exhibet hanc viam Tabula geographica Heimskringlæ Tom. III. præfixa.

Qvod tempus anni attinet, qvo hæc itinera aggredi usitatum erat, Islandi plerumqve, hieme in Norvegia transacta, verno tempore in Daniam trajecerunt (*Sturl. S.* I. p. 98. II. p. 147. 172), adeo ut circa æstatem in Germania esse possent, secuti hoc modo consilium *Alb. Stadensis* (*Chronicon* fol. 185), qvi monuit hæc itinera arripienda esse "circa medium Augustum, quia tunc aer temperatus est, viæ siccæ sunt, aqua non abundat, dies "longi satis ad ambulandum, noctes etiam ad corpus recreandum, et invenies horrea no"vis frugibus adimpleta." Tempus, qvod tali itineri impendebatur, pro fine hujus diversum erat. Peregrinator religiosus, qvi pera et baculo instructus, iter pedestre faciebat, intra triennium Romam adire patriamqve revisere neqviebat (*Sturl. S.* II. p. 36. 147. Qvi vero, negotiorum causa, vel eqvo vel curru vehebatur, anni spatio profectionem perficere potuit (*Sturl. S.* II. p. 171, 183. *Hmskr.* V. p. 184). Postremo observare licet, eos, qvos cippi runici sveogothici in *Longobardia* obiisse memorant, absqve dubio tales peregrinatores religiosos fuisse (*Peringskiold* Vita Cochlæi p. 479. *Ingvar Vidförlas S.* p. 178. *Appelbladii* tractatus in *Swenska Witterhets Acad. Handl.* IV. p. 80).

[22] Alburgum Viburgo X. distat milliaribus (*Danske Atlas* V. p. 169). Ergo pro diei unius itinere modo V. milliaria computarunt veteres, forsan ob vias incommodas; cfr. *G. L. Badeni* Afhandlinger i Fædrenelandets Culturhistorie I. p. 196 sq.

[23] A Viburgo ad Coldingam XV, hinc ad Slesvicum totidem milliaria extant. Iter tunc fecerunt XXX. milliarium in hebdomade sive VI½ singulis diebus. Juxta *Ad. Brem.* ed. Lindenbr. p. 130 iter a Slesvico ad "mare novissimum Wendile" ɔ: sinum Lymicum sive Alburgum, qvinqve aut septem diebus peragebatur (cfr. *Suhmii* Hist. Dan. IV. p. 492); apud Nostrum IX. diebus.

[24] Hanc, inter Heidabæam & Slesvicum distinctionem, *Heimskr.* III. p. 248 qvoqve occurrentem, *Suhmius* ex eo interpretatur, qvod amnis Slia inter novam urbem Slesvici ad septentrionem, & antiqviorem Heidabæam ad austrum sitam, limitem constituit (*Hist. Dan.* V. p. 190). Erravit igitur Noster, peregrinatorem primum Heidabæam adire jubens. Cæteroqvin antiqvo tempore utrumqve nomen (danicum & saxonicum) unum idemqve oppidum designavit; cfr. Prisskrifter ang. det danske Sprog i Hertugd. Slesvig p. 33.

[25] Jutiam & borealem & meridionalem sub generali Jutiæ denominatione comprehensam fuisse, Eidoramqve Daniam ad austrum terminasse vid. *Werlauff* & *Outzen* l. c. p. 2, 9. A Nostro, qvemadmodum in fragmento geographico *Scr. Rer. Dan.* II. p. 37, impropria distinctio fit inter Holsatiam & Saxoniam. Per Vindlandiam intelligitur ea pars Holsatiæ, qvam incoluere Slavi. Hæc trium gentium finitimarum contiguitas describitur tanqvam "vasta solitudo, qvæ conjungit *Slaviam*, *Holsatiam* atqve *Daciam*" in Anon. de profectione Dan. in t. sanctam in *Scr. Rer. Dan.* V. p. 348.

[26] Per *Heitsinnabæ* non intelligo Hamburgum, sed Itzehoam *(Esseho, Etzeho)* Holsatiæ, unde brevior in urbem Stadensem transitus.

[27] Hic locus, si, ut verosimile est, per *Nordmenn* innuuntur trium regnorum borealium populi, confirmat qvodammodo *Saxonis* testimonium p. 263 de Svenone Grathe (Nostro coævo) qvi "ritum *Germanicum* æmulatus est — & cultum *saxonicum* sumpsit" itemqve effatum *Arnoldi Lubecensis* Scriptoris Sec. XIIItii (Chron. Slav. Lib. III. c. V.), de "Danis usum *Teutonicorum* imitantibus, qvem ex longa cohabitatione didicerunt."

[28] In urbe Stadensi erat coenobium *S. Mariæ*. *Zeilleri* Topographia Saxoniæ Infer. p. 222.

[29] Nomen Verdæ M. ævo scriptum reperitur *Fehrden, Phardum, Fardium*. *Junckeri* Anleitung zu der Geographie der mittleren Zeiten p. 654. Ab urbe Stadensi Verda 10 milliaribus remota est. A Verda ad Nienburgum distantia est 4 milliarium juxta "Neuestes Reisehandbuch durch Teutschland und nach den Hauptstädten der angränzenden Länder." Nürnberg 1820. p. 321.

[30] Minda olim dicta *Minnedum*, *Minnethum*, *Minden*. A. 780 Ecclesia & Episcopatus Mindensis in honorem *S. Petri* & S. S. Martyrum Gorgonii & Dorothei fundata est. *Meibomii* Rer. Germanicar. T. I, p. 555.

[31] Per mutationem lingvarum intelligitur transitus in regionem ubi alia viget lingva, ut in *Alb. Stadensis* Chron. fol. 183: "Ibi intras *linguam* gallicam." Hic sermo est de terminis dialectorum Germaniæ inferioris & superioris, qvorum tamen hunc, supra Hassiam vel Rhenum superiorem vixisse, nullum extat indicium; *Kinderling* Geschichte der Niedersæchs. Spr. p. 129.

[32] Paderborna in Latinitate M. AE. diversis modis scribitur (Acta Sanctor. 23 Juli p. 415) ex. gr. *Phaderbrunnen*, *Patherbrunnen* lat. *Patrisbrunna*, a flumine *Pader* in ea proveniente. S. Liborii corpus Sec. IX. in basilicam introductum fuit; *Nic. Schaten* Annales Paderborn. P. I, p. 103.

[33] Circa 27 milliaribus a Paderborna distat Moguntia.

[34] In ambiguo est, qvosnam pagos hic cogitaverit Auctor. Ill. *Temlerus* in Annotatt. qvibusdam Msstis, *Horus* in oppido Hirschfeld v. Hersfeld, & *Kiliandr* in opp. Dillenburg Princip. Nassoviæ reperisse, sibi visus est. *Suhmius* vero (Hist. Crit. III, p. 242) per illum, Herbornam prope Dillenburgum intelligi credidit, de hoc nullam aperiens sententiam. Fuit forsan *Horus* opp. Hohenrode haud procul a Dillenburgo remotum, & *Kiliandr* opp. Kaldenhart Westphaliæ.

[35] Hic locus non occurrit in Volsunga S. sed pluries in carminibus Eddicis, vid. *Edda Sæmundi* II. p. 871. In Tabula Geogr. Schöningii *Hmskr.* T. III. bis exhibetur in vicinia Rheni.

[36] Est pagus Harsefeld (M. AE Harsevelde, *Rossewelde*) binis milliaribus a Stada remotus, in qvo erat olim Coenobium Benedictinum. *Junckeri* Anleitung p. 520.

[37] Forsan *Walsrode* in Ducatu Luneburgensi, ubi ab a. 986 extitit coenobium Monialium.

[38] Sine Dubio *Hanovera* cujus nomen derivatur a *hohen over* ɔ: alta ripa. Forsan hinc denominatio Islandica scil. a *hár* ɔ: altus & *brun* ɔ: crepido.

[39] In honorem S. Godehardi A. 1133 canonizati, Cænobium fundatum erat, primum extra urbem Hildesheimensem, postea intra eandem. In hac ab A. 822 floruit sedes episcopalis.

[40] Gandersheim in Duc. Brunsvico-Wolfenbütt. ubi a Sec. IX. coenobium Monialium.

[41] Scil. Marburgum in Hassia superiori; vid. *E. Olavii* Index Geogr. ed. Thorkelin p. 8. Situs prohibet, qvo minus urbem Stadtberg, Episc. Paderbornensis ad. fl. Damelam, M. AE. *Arnsburg*, Ariburgum, *Eresburg* s. Montem Martis (*Martiniere* Geogr. Lex. Tom. IV. in v. Eresburg) hic cogitemus, utpote Fritzlaro ad septentrionem, licet nomen melius congruat.

[42] Deventriæ ad Isalam sitæ, jam Sec. Xmo telonium & officina monetaria fuit, floruitqve *mercatura; Alting* Notitia Germaniæ inferioris P. II. p. 42. Ultrajecti ad Rhenum antiqvum, vetustissima appellatio erat *Trecht* (isl. Trekt) unde *Olt-trecht, Utrecht*, ibid. p. 178.

[43] Eysteinus Archiep. Nidros. sub poena excommunicationis prohibuit, ne aliqvis eos, qvi *pera* & *baculo* sumtis, in *Romam* vel alia loca sancta iter facerent, vel intra vel extra regnum spoliarent; *F. Johannæi* Hist. eccl. Isl. I. p. 243.

[44] Jam a Sec. VIII exstitit Archiepiscopatus Coloniensis. Ecclesiæ Cathedralis structura A. 1248 inchoata est eo loco, in qvo coenobium Benedictinum *S. Petri* inde ab A. 840 fundatum erat. Reliqviæ Magorum ab oriente, A. 1162 Coloniam allatæ, posteaqve ecclesia cathedrali conditæ, hic non commemorantur. Ab Ultrajecto Colonia circa 23 milliaribus distat.

[45] Archiepiscopo Coloniensi, tanqvam Archicapellano Palatii Aqvisgranensis, jus competebat Imperatorem romanum inaugurandi, de qvo tamen jure eidem cum Archiepiscopis Moguntino & Trevirensi multorum annorum controversia extitit; vid. *Gundlingii* Erläuterung der goldnen Bulla, p. 436 sq.

[46] A Colonia ad Moguntiam usqve computantur circa XXI milliaria, vid. *Neuestes Reisehandbuch durch Teutschland*. Nürnb. 1820. p. 273.

[47] Moguntiæ ecclesia metropolitana S. Stephano adscribitur; *N. Serrarii* Moguntiacarum rerum Libri V. p. 107. Memorantur vero insuper p. 111 ecclesia *S. Petri* & p. 115: "ecclesiola pervetusta" *S. Pauli*, ex qvibus unam Auctor fecisse credendus est.

[48] Ecclesia cathedralis A. 1030 fundata est in honorem D. Virginis, loco ubi antehac fuit ecclesia S. Stephani.

[49] Est oppidum Alsatiæ *Selz*, M. AE. *Selsa, Selse*, Argentorato ad septentrionem, ubi erat Coenobium Benedictinum. *Schöpflin* Alsatia ill. II. p. 181.

[50] *Argentoratum*, M. AE. *Strateburg*, Sec. Xmo *Transburg* (*Muratori* Scr. rer. Ital. Tom. I. P. 2. p. 175). De ecclesia D. Virgini consecrata vid. *Königshoven* Strasburgische Chronik, ed. Schilter p. 274.

[51] In *Keisleri* Neueste Reisen (Hannover 1751) p. 1548 indicatur distantia 25 horarum (Stunden s. 13½ milliarium) ab Argentorato ad Basileam & 12 horarum (circa 6 milliarium) a Basilea ad Solodurum.

[52] Hanc de *Vivilsburgi* expugnatione traditionem servavit *Reg. Lodb. S.* in. Coll. Biörneri p. 35 & *Nornagests S.* in *Ol. S. Tryggv.* II. p. 143, qvæ ultima illud collocat in regno australi (Sudurriki) juxta Alpes (Mundiofiall). Per *Sudurriki* intelligitur Europa me-

ridionalis in universum; boreali (Nordrlönd) opposita (cfr. *Hmskr.* IV. p. 106). Creditum est hoc V. fuisse urbem *Wiflisburgum* (Avenche, Aventicum), juxta lacum Moratensem in Pago Valdensi (*Torfæi* Series p. 348. *Suhmii* Hist. Crit. III. p. 690. *Bonstetten* neue Schriften II. p. 194). Orta est hæc ex arce juxta eversum Aventicum condita, cujus explorata notitia haud datur ante Sec. XImum (*Fæsi* Staats- und Erdbeschr. d. Helvet. Eidgenosschaft I. p. 912, *Laufferi* Beschr. Helvet. Gesch. I. p. 128 sq. *Joh. Mülleri* sämmtliche Wercke XV. p. 84). Verum ista Lodbrokidarum expeditio admodum est veri dissimilis, etiam si ad gesta Lodbroki junioris in Italia referretur (*Suhmii* Hist. Dan. II. p. 228); partim, qvod exemplo caret, piratas normannicos in terram montosam tam procul a mari penetrasse, partim qvod talia, si revera evenissent, minime silentio præteriissent Chronographi (*Joh. Müller* l. c.). Nec facinoribus filiorum Regnaris Lodbrok, etsi testimonia scriptorum exterorum de iis omnino dubitare vetant, perfecta ubiqve veritas historica tribuenda est (*Sagabibliothek* II. p. 470). Liceat ergo, de origine hujus traditionis seqventem conjecturam prodere. Aventicum, caput Helvetiæ antiqvæ, ante A. Chr. 350 ab una alterave gentium migrantium ita destruebatur, ut modo ruinæ superessent. "Desertam qvidem civitatem, sed *non ignobilem* qvondam, ut ædificia *semiruta* nunc qvoqve demonstrant," *Amm. Marcell.* XV. 11. cfr. *Mannerti* Geographie d. Griechen und Römer. II. 1. p. 192, *Joh. Müller* l. c. Aliqvot abhinc seculis, hoc loco, forsan ex urbis eversæ ruinis, surrexit arx & urbs *Wiflisburg* (vid. supra). Islandis vero, qvi hanc regionem peragrantes in urbem incidebant, qvam fama retulit, a gente septentrionali olim vastatam fuisse, facile in mentem venire potuit hanc urbis eversionem famosis filiis Lodbroki, qvorum gesta & septentrionalium & exterorum historiæ commemorant (*Scr. Rer. Dan.* II. p. 280. *Sagabibliothek* II. p. 470) adscribere; inde vero & Noster & Auctor historiæ Reg. Lodbroki, Sec. XIIIio conscriptæ (*Sagabibl.* II. p. 482) hanc narationem operibus suis inseruerunt. Islandos ex Wiflisburgo *Vifilsburgum* formasse haud mirum est, cum nomen proprium *Vifil* in Sagis haud raro occurrat (*Landnamab.* p. 16, 111. *Suhmii* Hist. crit. III. p. 196. *Schöningii* Hist. Norv. I. p. 162, 330), immo etiam nomina locorum ex eodem composita (*Landnamab.* p. 18, 111, 119. *Suhmius* l. c.)

[53] Vibiscum, Viviscum hod. Vevay, Vivis, ad lacum Lemanum. Unde huic tributum sit nomen *Martinsvatn* plane nescio, nisi forsan occasionem dederint loca qvædam Valesiæ, *S. Martini*, *Martiniacum* &c. vel etiam iste lacus cum lacu *Moratensi*, ad qvem jacet Viflisburgum, commixtus sit. Populi, qvi e diversis regionibus Vibiscum confluxerunt, exinde trans Alpes in Italiam profecturi, fuerunt, secundum Nostrum: Scandinavi & Islandi (Nordmenn). Germani tam septentrionales (Saxar) qvam occidentales & australes (Frackar), Batavi & Frisones (Flæmingar), Galli (Valir), insularum britannicarum incolæ (Anglar). Adhuc tabulæ geographicæ Helvetiæ plures exhibent vias a Gallia & Germania apud Vibiscum coeuntes.

[54] A Vibisco fanum S. Mauritii ant. Agaunum (S. Maurice) V½ milliaribus distat. *Neuestes Reisehandbuch* &c. p. 459. De S. Mauritio, cujus hic reliqviæ conditæ sunt, vid. *Acta Sanctorum* d. 22 Sept.

[55] Scil. Le bourg de S. Pierre, St. Petersburg, ultima urbs citra montem S. Bernhardi majorem, a qvo 3 milliaribus distat.

[56] In monte Jovis s. in m. S. Bernhardi majore fundatum est Coenobium Ordinis D. Augustini inde a Sec. IXmo, qvod simul hospitium præbuit & adhuc præbet peregrinantibus. 6 milliaribus distat a Fano S. Mauritii.

[57] Nostri hospitium S. Petri certe idem est ac "*monasterium S. Petri* ad radicem Montis Jovis situm," de qvo vid. *Acta Sanctorum* XVIII. Aug. p. 613. Monasterium hoc a recentioribus non amplius commemoratur; hospitium vero adhuc extare videtur, si nimirum id est, cujus in *Voyage de Saussure* Tom. II. p. 462, seqvens extat descriptio: (Milliari a coenobio M. Bernhardi S. Petroburgum versus) "on passe auprès de deux petits ba-"timens voutés, qui portent le nom d'*Hôpital.* L'un sert à faire reposer & réchauffer les "voyageurs saisis du froid dans le passage.... l'autre batiment sert à recevoir les corps des "voyageurs inconnus, qvi meurent sur cette route." Observationem meteorologicam, de frigore in hoc monte, media æstate, confirmant descriptiones itinerum recentiorum. Ita exempli causa *Saussure* l. c. p. 444: "Aussi, même au plus fort de l'été, le plus petit air de bise y "amene-t-il toujours un froid extrêmement incommode. Le *Ime Aout* 1767 à une heure "après midi, le thermometre en plein air étoit à un degre au-dessous de Zéro, quoique le "soleil, qui n'étoit caché que par des petits nuages passagers, frappat fréquemment la "boule de thermometre & tous les environs du convent étoient couverts de glaces nou-"velles."

[58] Intelligitur sine dubio "*Restopolis*, villula qvæ est in pede montis Jovis" (Acta Sanct. V. Apr. p. 418), hodie vero *Estrouble*, "grand village" in via a M. Bernhardi majore ad Aostam. *Voyage de Saussure* II. p. 423.

[59] Augusta prætoria hod. Aosta. "*Ecclesia cathedralis* S. Virgini assumptæ et S. "Grato dicata; alia vero basilica collegiata sub tit. S. *Ursi*, cujus, argento elegantissime in-"clusum, colitur ibidem corpus;" *Nov. Theatrum Pedemontii et Sabaudiæ* Tom. II. P. 1. Est ibi etiam Monasterium *S. Ursi*, cujus Prior primus habetur post Episcopum; *Ughelli* Italia sacra. Ed. 2. T. IV. col. 109. 2. sq.

[60] In via ab Augusta ad Ivoreiam ($9\frac{1}{2}$ comprehendente milliaria) tria loca ad fluvium Doria Baltæa sita, invicem haud procul distantia, scil. Bard, Donax et *S. Martin*, exhibent tabulæ geographicæ. Ultra Donax meatus qvasi concameratus XII. pedum latitudine, per rupem ducit (*Büschingii* Geographie, Ed. 8. IV. p. 77), qvem sine dubio innuit *Voyage de Saussure*, II. p. 413: "*S. Martin* situé aussi dans un *étroit, défilé* entre deux *rochers* escar-"pés." Ex hac vero *camera* rupis juxta *S. Martinum*, Noster formavit suum *Martinskamrar*. Nescio, an huc qvoqve pertineant "Accessus illi, qvos reddunt meabiles præcisa "saxa inexpugnabilis oppidi *Bardi*," qvorum mentio fit in *Muratori* Scr. rer. Ital. T. IV. p. 16. cfr. T. X. col. CXII.

[61] Hæc de ecclesia cathedrali Vercellensi confirmat *Ughelli* It. sacra IV. col. 746.

[62] A Vercellis Mediolanum et Papia æqve remota distant scil. VIII$\frac{1}{2}$ Poste. Vid. *Itineraire* d'Italie. Milano 1817.

[63] Ecclesia Cathedralis Papiensis SS. *Syro* Episcopo et Stephano Protomartyri dicata est, ibidemqve *S. Syrus* conditus, *Ughelli* Tom. I. col. 1076-77. Per sedem imperialem respicit forsan, vel sedem antiqvorum Regum Longobardorum in hac urbe, vel potius inaugurationem Imperatorum romanorum in eadem, qvemadmodum Friderici II. A. 1155 et 1162; *Muratori* Scr. Rer. Ital. VI. col. 1106. Ecclesia S. Martini, nescio cujus ætatis, commemoratur qvidem in *Martinierii* Geogr. Lex. Tom. VIII. si vero ista S. Martino Turonensi dedicata fuerit, qvoad ejus in hac urbe educationem, Noster certe erravit.

[64] Eccl. cathedralis antiqva Placentiæ, S. Virgini in cælum assumptæ consecrata est. *Ughelli* T. II. col. 195.

[65] De via Iliani videantur seqventia.

[66] Hæc Tari fluminis descriptio illustratur loco qvodam scripti Anonymi de miraculis S. Helenæ in *Actis Sctor.* XVIII. Aug. p. 612, in qvo dicitur "superbissimus fluvius... "qvod tantæ glomerationis et celeritatis solvitur impetu, ut si magnæ qvantitatis lapis in "eum projectus fuerit, ita turbine velocissimo portetur: ut vix natura compellente queat "ad fundum venire."

[67] Intelligitur hic mons Apenninus, ex cujus parte, M. AE. *Mons Bardo* s. *Mons Bardonis* dicta, originem ducit islandicum *Munbard.* "Italia habet ab austro Apen-"ninum, qui modo mutato nomine *Mons Bardonis* vulgo dicitur," *Ot. Frisingensis* Hist. Friderici I. in German. Histor. ed. *Urstis.* I. p. 453. In Diss. de Italia M. AE. (*Muratori* Scr. rer. Ital. X. col. CXXI.) locatur "in Liguriæ Apennino et in comitatn Parmensi... ad lævam "amnis Cæni in Tarum excurrentis;" cfr. adjunctam Tab. geogr. et *Cluverii* Italiam antiqvam I. p. 77. Sec. XII. "strata publica" per hunc *M. Bardonis* duxit; *Muratori* Scr. III. p. 459.

[68] Ex Alpium italica denominatione *Monte* (unde Ultramontani) orta est islandica *Mont,* occurrens in carmine Sighvati Poetæ *Hmskr.* III. p. 10 (non Moguntia, ut Editori placuit), et hinc iterum *Mundia.* Pravam de Alpium situ notionem Noster concepit; Stiria enim (Steyermark), qvam brachium hujus montis ingreditur, Venetiis ad orientem sita est. Forsan legendum est *Spanland,* qvemadmodum in Frag. geogr. in *Scr. Rer. Dan.* II. p. 37.

[69] Tabula qvædam geographica Italiæ septentrionalis exhibet in Marchionatu di Steffano, feudo Imperii Liguriæ, oppidum *S. Croce* ad fl. Tarum, Nostri forsan *Crucismarkadr. Villa franca,* olim Castrum Malmum, ad lævam fluvii Macræ, haud procul infra Pontem tremulum sita, jam Sec. XII. isto nomine appellata videtur; *Muratori* Scr. VI. p. 349. 1155.

[70] Sine dubio Pons tremulus (Pontremoli) per transpositionem duarum literarum (*M*ontre*p*lar p. *P*ontre*m*lar).

[71] Nomen forsan superest in arce infra Pontem tremulum juxta sinum Spetiensem sita, S. *Maria* della Suorte.

[72] Luna, urbs etrusca jam antiqvis temporibus portu et opulentia insignis, adhuc Sec. XII. et ultra floruit; *Muratori* Scr. X. col. CCII. De *arenis Lunensibus* nil repperi. Qvoad latum vero prospectum hic laudatum, conferre juvat *Cluverii* Italiam antiqvam p. 456 (ex Strabone): "cingitur autem portus (ex sententia Cluverii sinus Spetiensis, Golfo di "Spezzia) altis montibus: unde maria *prospiciuntur* et Sardinia et litoris utrimqve magna "pars." Notari meretur Nostrum nec sedem episcopalem Lunensem, nec expugnationem Lunæ, vel *dubiam* a filiis Regnari Lodbrok (*Reg. Lodbr. S.* ap. Biörnerum p. 38. *Scr. Rer. Dan.* II. p. 280), vel *indubiam* a duce Danorum Hastingo A. 857 (*Scr. Rer. Dan.* I. p. 548. *Suhmii* Hist. Dan. II. p. 214-16), hic commemorare.

[73] Eunti ab arce S. Maria della Suorte, circa sinum Spetiensem usqve ad Lunam, offert sese oppidum *S. Steffano* supra Sarzanam, qvod conjicio Nostri esse *Stephanusborg.* Sarzana vero, in qva ecclesia cathedralis *S. Mariæ* dicata fuisse videtur (*Ughelli* I. col. 835), tunc forsan erit *Marioborg,* qvemadmodum infra Volsinium dixerit *Kristinoborg.*

[74] Sermo est de Gunnare Giukungo, a Rege Hunnorum Atlio insidiose hoc modo interemto; *Vols. S.* ap. Biörnerum c. 46. Atlaqv. in *Edda Sæm.* II. p. 396. Nullibi vero hæc in Italia peracta traduntur; e contrario ad regionem qvandam orientalem referri videntur; *Mülleri* Sagabibliothek II. p. 144-45.

[75] Hoc nomen vitio scriptoris sat obscurum est. Si *Kioformunt* legendum est, mons qvidam indicari videtur et tunc forsan cogitari protest M. Carolus s. M. Cavolus s. M. Carvulus (Mont Cheverol) 10000 passibus a Lucca in ortum; *Muratori* Scr. X. col. CCIII. Si vero *Kiofornunt* rectior lectio est, intelligitur forsan ille λευκος Φαρωνιας Sarzanæ oppido proximus, a Ptolemæo memoratus (*Cluverii* Italia ant. p. 460), qvi in Tusciæ antiqvæ tabula geographica Ortelii (1584) nominatur "Feroniæ lucus qvod et *Caferonianum*."

[76] Jam a Sec. XII. peregrinationes religiosæ e Septentrione ad S. Jacobum de Compostella factæ sunt (*Scr. Soc. Scandin.* 1814. p. 9). Etiam Islandi hanc urbem dissitam freqventasse reperiuntur, et qvidem, ut exempla docent, vel Romam petentes, vel Roma redeuntes; *Sagabibliothek* I. p. 238. *F. Johannæi* Hist. eccl. Isl. II. p. 397.

[77] Adest hic lapsus, vel memoriæ vel calami. Ita enim *Ughelli* It. sacra. I. col. 791: "Cathedralis primum S. *Martino*, postea ab Alexandro II. reparata. . . . Sanc-"tissimo *Crucifixo*, qvem *vultum sanctum* appellant, dedicata fuit." De miraculoso hocce vultu, etiam in Monetis Luccensibus repræsentato, seqventia habet *Voigt* Nummi Germaniæ medii ævi P. I. p. 25. "Ligneam figuram hominis *cruce pendentis*, Lucenses in ma-"jori templo summa veneratione proseqvuntur, per qvam Salvatoris *veram effigiem* referri "vetus fama tradit, opus nempe, ut sibi persvadent, *S. Nicodemi* non sine prodigio ad "Lucensem urbem delatum;" cfr. *Argelati* de Monetis Italiæ I. p. 32.

[78] Insigne testimonium de mercatura civitatis *Pisanæ* usqve ad Sec. XIII. valde opulentæ, qvod illustratur loco in Vita Mathildis Comitissæ Lib. I. c. 20. (allegato in *Muratori* Antiqv. Ital. M. AE. Tom II. col. 885) qvo Auctor Donizo Monachus (circa A. 1115) aditum ad portum Pisanum et ad ipsam civitatem etiam navibus Sarazenorum patentem, carpit his verbis:

"Qvi pergit *Pisas*, videt illic monstra marina,
"hæc urbs *Paganis*, *Turchis*, *Lybicis* qvoqve *Parthis*
"sordida: *Chaldæi* sua lustrant litora tetri."

Dromones erant navigia sic dicta a velocitate cursus; postmodum transiit hæc appellatio ad majores naves bellicas; vid. *Du Cange* Gloss. in hac v. cfr. *Suhmii* Hist. Dan. I. p. 557. 741. *Ihre* Gloss. col. 355. A Nostratibus commemorantur (Isl. Dromundar) tanqvam naves vastæ, præcipue in mari mediterraneo, etiam a Saracenis adhibitæ. *Hmskr.* III. p. 353. *Orkneyinga S.* p. 298. *Herrauds S.* p 53.

[79] Hoc vico ignoto, sub qvo tamen latere videtur nomen *Arni* fl. indigitatur forsan vel portus Pisanus, situs incomperti, at post A. 1285 obstructus, vel portus Liburnus, medio ævo modo exigui momenti.

[80] Hæc interpretatio loci, ob latentem historicam rationem, obscuri, maxime mihi visa est probabilis. Mathildis illa, cui hoc, in regione Pisana, adscribitur hospitium, fuit sine dubio inclyta Comitissa Mathildis, qvæ plura hospitia vel Ospitalia ex. gr. Mantuæ (*Mabillon* Ann. Ord. S. Bened. T. V. p. 455) et in vicinia Bononiæ (*Muratori* Ant. Ital. M. AE. III. col. 758 sq.) fundasse narratur et cui simul thermarum Pisanarum refectio tribuitur. Pleniorem certe de hoc hospitio ejusqve ad Monast. Montiscassini relatione, suppeditaret forte, si mihi adfuisset, liber italicus, qvi inscribitur: Memorie di *Matilda* la gran Contessa, propugnaculo della Chiesa, colle particolari notisie della sua vita &c. de Franc. Maria *Fiorentini* Lucca 1642. 4.

[81] In itinerario R. Galliæ Philippi Augusti a Roma in Galliam (*Scr. Rer. Gallic.* XVIII. p. 541), commemoratur inter Sienam et Luccam *Seint-Deins*-de-Bonrepast, et in tabula geographica Toscanæ exhibetur inter Pisam et Sienam locus *Buoriposo* dictus, uterqve

forsan idem et unus, nec a Nostri *Sanctinusborg* diversus. De neutro vero aliqvod expiscari mihi contigit, nam *S. Dionisii burgum* non procul a Placentia, (*A. Sanct.* Jan. T. II. p. 159) hic cogitare, distantia prohibet. Qvoad *Martinusborg* conjicio, *Suburbium S. Martini* apud Sienam, ante A. 1170 memoratum in Diss. de Italia M. AE. in *Muratori* Scr. X. col. CCV. hic intelligi.

[82] Sienæ, in summitate montis "amænissimum situm" prædicat *AEn. Sylvii* Hist. de Europa c. 55. De æde primaria D. Virgini dicata vid. *Scotti* Itinerarium p. 196. Fæminarum mira pulchritudo cepit adhuc recentiores peregrinantes; *De la Lande* Voyage en Italie III. p. 22.

[83] Est sine dubio locus, qvem *sanctum Clericum* nominat *Alb. Stadensis* fol. 185, inter Sienam et Aqvampendentem, XX. leucis ab utraqve distantem. In Itinerario ad terram sanctam, sub titulo: "Le grant Voyage de Hierusalem" Paris 1522. 4. edito, stationes inter Sienam et Aqvampendentem sic indicantur fol. 204. "de *Senes* à Bonconuent, de B. à "*Sainct Clerico*, de S. C. à la Paille, de la Paille à *Acuependente*." Qvænam vero urbs hodierna hic intelligitur? Sine dubio oppidum sive castrum *S. Quirici* (nunc *Qvirico*) excelso loco situm, in *Blondi Flavii* Italia illustrata (Taurin. 1527. 4.) fol. 56 *Sanctus Quiricus*, fol 172 *Castrum S. Quirici* in Osenna dictum, mediaqve fere inter utramqve urbem præfatam sita. cfr. *Schotti* Itinerarium Italiæ p. 198.

[84] Aqvapendens (Acquapendente) "eo qvod in pendenti loco sita est, aqvarum abundantia copiosa;" *Schotti* Itin. It. p. 200.

[85] Si hocce *Clemt* legendum *Clemunt* et de monte qvodam sermo est, hujus forsan mentio reperitur in *Actis Sanctorum*, May. Tom. II. p. 912, ex qvibus locum integrum hic sistam: "In orientali Hetruriæ limite, ubi Claniæ paludes Senensem Perusinumqve comitatus "disterminant, inter Clusium et Pientiam, huic qvam illi propius jacet oppidum ab altiori "situ et veteri qvodam possessore vulgariter *Montichielli* dictum lat. *Mons Clœlii* . . . satis "est dicere ex vicinorum relatu, ab annis plusqvam mille fuisse munitissimam *arcem*, cui "successerit alia, *Radicofani* vulgo dicta." Loqvitur Auctor Dissert. in *Muratori* Scr. Ital. T. X. col. CCX. de *Castro* in arduo *monte* posito, olim *S. Petri*, nunc *Radicofano*. Et medio ævo et recentiori tempore, iter a Siena ad Aqvampendentem, per hunc locum duxit. Alias, in nomine *Montis*, abhinc haud procul remoti, *Alcini* s. *Ilcini*, *Illicini*, nominis *illa Kona* vestigia superesse mihi visa sunt. — Nota de pessimæ hic indolis populo, respondet simili admonitioni *Alb. Stadensis* fol. 184. qvoad loca qvædam Italiæ: "bonos "homines ibi habere non potes, quia ibi *nequissimi leccatores* manent. Transeas autem "contra diem, non contra noctem."

[86] Si per Tusciam hic intelligitur et T. regalis et T. ducalis s. Longobardorum, limites omnino conveniunt cum tabula geographica in *Muratori* Scr. Ital T. X. cfr. Col. CCVI. "Per Montem Bardonis transibatur in Tusciam;" *Muratori* Scr. T. III. P. I. p. 419.

[87] Intelligitur hic Volsinium (Bolsena) a M. AE. Scriptoribus *S. Christina*, (*Scr. Rer. Gall.* T. XVII. p. 586) dicta. Nomen nempe gessit a S. Christina, ibidem condita. "Lapis, qvi sanctæ collo, ut facilius submergeretur, alligatus fertur, qviqve maris super- "ficiei supernataverit, mollis factus impressa ipsius vestigia excepit ex populari traditione." *Acta Sctorum* ad 24 Juli p. 500. 515. Lacus Volsinius apud *Alb. Stadensem* fol. 185. audit lacus *S. Catharinæ* VII. leucis ab Aqvapendente.

[88] Hoc nomen in Codice vix legibile maxime congruit cum *Burgo S. Flaviani*, qvem Anastasii Vitæ Pontificum (*Muratori* Scr. III. p. 412) memorant conjunctim cum *Monte Flasconis*.

Scribitur ab *Alb. Stadense* l. c. *Mons Flascun,* unde VIII. leucæ ad Volsinium. Etiamnum via per oppidum *Montefiascone* ducit, in qvo adhuc existit ecclesia S. Flaviani.

[89] Viterbium VIII. leucis distat a Monte Flasconis. *Alb. Stad.* l. c.

[90] Auctor hic non respicit aqvas Viterbienses, licet hæ jam temporibus antiqvis inclaruerint, sed *Balneum regium* (rec. Bagnarea) inter Volsinium et Montemflasconis situm. Denominatio islandica firmat qvodammodo conjecturam Dissert. in *Muratori* Scr. X. col. CCXII: "Balneum Regis (P. Diaconi Hist. Long. L. IV. c. 33) . . . . ita fuisse voca-"tum ab aliqvo Rege . . . gothico et probabilissime a *Theodorico*, qvi ibi *balneum* ad suum usum condiderit."

[91] Per Sutrium magnum intelligi credo Sutrium, civitatem episcopalem, secundum *Alb. Stadensem* l. c. XVI. leucis a Viterbio distantem. Sutrium vero minus, qvo referendum, nescio. An sit civitas Nepensis, Sutrio ad orientem, cujus sedes episcopalis A. 1436 cum Sutrina conjuncta fuerit (*Ughelli* T. I. col. 1023), an Cesano media via inter Sutrium et Romam, an deniqve la *Storta* (cujus in vicinia urbs antiqva Veji) prope Romam, tractus romani peritis permitto.

[92] Haud dubito per *Feginsbrecka* intelligi *Montem Fajani*, (prope Romam?) in cujus cacumine Sec. IX. exstitit Basilica s. Archangeli (*Muratori* Scr. III. p. 229). Ubi vero jaceat et qvonam nunc nomine appelletur iste mons, in medio relinqvere cogor.

[93] Indicantur hic qvinqve basilicæ sive ecclesiæ patriarchales, qvæ erant proprie summi Pontificis. Erant vero hæ: Basilica S. Johannis Baptistæ Lateranensis, S. Petri in Vaticano, S. Pauli Apostoli extra muros, S. Mariæ Majoris, Sctorum Stephani et Laurentii.

[94] Cum jam itinerator islandicus per Germaniam, Helvetiam Italiamqve, Romam usqve nos duxerit, idem iter, qvale hoc exteri et antiqvo et medio ævo prosecuti sunt, breviter delineabimus, unde appareat, eandem fere per has regiones viam, plusqvam decem Seculorum usu, qvodammodo receptam fuisse. *Itinerarium Antonini* (*Vetera Romanorum itineraria* cur. P. *Wesselingio* p. 550) viam a Vercellis, trans Alpes, Moguntiam usqve sic monstrat: "*Vercellas*, *Eporedia*, Vitricio, *Augusta prætoria*, *Summo Pennino* "(ɔ: S. Bernhardus major), Octoduro (Martinach), Tarnaias (Agaunum, *Fanum S. Mau-"ritii*), Pennelocos (Neuenstad), *Vibisco*, Bromago, Minnodunum, *Aventicum* Helvetio-"rum, Petinesca, *Solodura* . . . . *Argentoratum*, *Saletione* (Selz), Tabernis, Noviomago, "Borbitomago (Wormatia), Bauconica, *Moguntiaco*." Medio ævo inter vias, qvæ ex Italia in Germaniam duxere, seqvens, qvam indicat *Alb. Stadensis* fol. 185 cum Nostri plane coincidit: "Si vis transire *montem Jovis* (S. Bernhardi majorem), cum *Roma* redie-"ris, de *Placentia* eas *Vercellis*, et ita trans *montem Jovis* venies ad sanctum *Mauricium* "et sic *Basileam*." Cum vero per *montem Joris* via communis duxerit, "*Augusta* civitas "se primam transcendentibus *Alpes* exhibere" dici potuit (*Guilh. Malmesburiensis* ed. *Savile*, fol. 122). Omnes vero, in via a Roma ad Vercellas usqve, stationes, qvas inter fere omnes hic occurrentes, accuratissime sistit relatio de itinere R. Philippi Augusti hoc modo (Benedicti Petroburg. Vita Henrici II. in *Scr. Rer. Gall.* XVII. p. 541): "Discedens a "Roma transitum fecit per castellum S. Petri, deinde per *Sutre*, deinde per *Buterne*, d. per "*Muntflascun*, d. per *Sanctam Christinam*, d. per *Eke pendente*, d. per Redecoc (*Radico-"phorum*) d. per la Briche, d. per Boncuvent (omitt. Sanctum Clericum) d. per *Senes*-lavelle "(Siena?) d. per la Marche castellum (Marcelburg, Alb. Stad.?), d. per Sanct Michel, d. per "castellum Florentin et per *Seint-Denis*-de-Bonrepast, et p. Arle-le-Blanc et p. Arle-le-Nair, "et p. la grasse Geline, et p. le *Hospital* (Nostri hospitium Mathildis?) et p. *Luchek* civita-

"tem episcopalem, et p. *Mont Cheverol* & p. Seint-Leonard, & p. *Lune* civ. episc. et p. "Sanctam *Mariam* de Sardena, et p. Lealvile, et p. *Punt-tremble* & p. *Mont-Bardun*, "& p. Seint-Beneit in Monte Bardun & p. Seint-Morant in Monte Bardun. Deinde tran- "sivit per Cassem Milan (Cassenulam?) d. per Furnos et p. *Seint-Domin* et p. Florentin, "et per *Plesence*, p. Morters et p. Werzas *(Verceil)*, dein p. vallem d. Moriana." — —

[95] Hanc, Bas. Lateranensis memorabilium, descriptionem illustrant seqventia loca ex Joh. Diaconi libro de eccl. Lateran. in *Mabilloni* Mus. Italico Tom. II. p. 561, 563, 564, 566: "Super omnes ecclesias totius orbis terrarum obtinuit dominationem atqve principa- "tum"..... "*sedes* est apostolicæ cathedræ *pontificialis*."..... "Ad hoc tam solenne altare "nullus ad sacrificandum audet accedere, præter Dominum Apostolicum & septem *Cardina-* "*les episcopos* ejusdem ecclesiæ hebdomadarios, qvi missam in hac SS. Basilica celebrant "per hebdomadas suas."..... "In altari principali est sanctuarium, in qvo: *tunica* inconsu- "tilis, qvam fecit Virgo Maria J. Christo.... purpureum *vestimentum Salvatoris*. De "*sanguine* & aqva lateris Domini ampullæ duæ. *Circumcisio* Domini. De pulvere & ci- "nere combusti *corporis Joh. Baptistæ*." Insuper in *O. Panvinii* Le sette Chiese princi- pali di Roma (Roma 1570 8.), commemoratur pag. 149, "in marmoreo ferculo super al- "tare M. Magdalenæ.... *vestes Dei genitricis*;" p. 193: "in Oratorio S. Laurentii — su- "pra altare primum.... *capsa deaurata*, in qva aliqvæ *reliqviæ*."

[96] "In vigiliis *Nativitatis Domini* (similiter in die *Paschæ*) in mane *Papa* vadit ad "Basilicam S. Mariæ Majoris, pro cantanda *missa* & in sero pro celebrandis vesperis;" Ordo Romanus in *Mabillon* Mus. Ital. II, p. 167, 185. cfr. *Panvinius* l. c. p. 244.

[97] De solennibus a Pont. romano in Basilica SS. Stephani & Laurentii, festis dic- torum Sanctorum celebrandis, vid. *Mabillon* Mus. Ital. II, p. 171, 208. cfr. *Panvinius* l. c. p. 232.

[98] Ecclesia S. Agnetis extra muros, uno ab Urbe milliari distat; *Montfaucon* Dia- rium italicum p. 208. Hanc fertur Constantia, Constantini M. filia, beneficio S. Agnetis sanitate recuperata, ad viam Nomentanam juxta sepulchrum hujus Sanctæ, a Patre procu- rasse erigendam, sub P. Sylvestro; in qva etiam una cum amita baptizata fuit. *Du Cange* Hist. Byzantina. Comm. I, p. 47. *Acta Sctorum* ad d. XVIII. Februar.

[99] AEdes S. Johannis Evangelistæ in Oleo ante portam latinam; vid. *Martinelli* Roma ex ethnica sacra (Romæ 1668. 8.) p. 127.

[100] De isto palatio seqventia leguntur in *B. Marliani* Urbis Romæ Topographia in *Grævii* Thes. Ant. Rom. III. col. 159. "*Palatium Diocletiani* prope (ejus) thermas fuisse "opinamur, in vinea sita inter ipsas thermas & vallem qvirinalem, ubi columnarum bases "adhuc suis locis stantes, effodi vidimus." Exhibetur etiam in *Nolli* Ichnographia Romæ.

[101] Qvamnam, ex innumeris fere Romæ D. Virgini dedicatis templis, Noster cogi- taverit, expiscari neqvii.

[102] AEdes SS. Johannis & Pauli, aulicorum Constantiæ f. Constantini M. qvi sub Juliano martyrium passi sunt, in clivo Scauri in Cælio. *Martinelli* l. c. p. 128. *A. Sanct.* ad d. 26 Juni.

[103] Est antiqvum Pantheon, postea templum in honorem S. Mariæ ac (inde a Gre- gorio VI. A. 830) omnium sanctorum consecrata, nunc vulgo Maria rotunda; *Martinelli* l. c. p. 238. Similitudinem inter hocce et templum S. Sepulchri Hierosolymitanum, qvoad

foramen tecti, templo lucem præbens, etiam observavit *Cotovici* Itinerarium Hierosolymitanum & Syriacum p. 180.

[104] Basilica S. Pauli in via Ostiensi, vulgo S. Paolo fuori della mura, cui monasterium conjunctum. *Martinelli* l. c. p. 270, *Panvinius*, p. 77.

[105] Intelliguntur sine dubio ex Catacombis ea, qvæ sub via Ostiensi extant. *Voyage dans les Catacombes de Rome.* Paris 1810. 8. p. 125 sq.

[106] Pro Albana legendum *Albula*, vetus Tiberis nomen (Virgilii AEn. VIII. v. 830-32) Gr. *ἀλβουλας*. *Cluverii* Italia antiqva p. 694.

[107] Moles s. Mausoleum Hadriani, a *Crescentio*, strenuo illo Patricio romano, qvi sub finem Sec. Xmi Imperatori adversatus est, vallo & aggeribus communitum. Crebra in historia romana medii ævi ejus fit mentio. Adhuc medio Sec. XIImo castrum, *castellum*, domus, turris *Crescentii* dicebatur, postea vero, ex ecclesia in ejus vertice Archangeli Michaelis, Castellum S. Angeli, hodie *Engelsburg*; cfr. *A. Donatius* de urbe Roma in *Grævii* Thes. III. p. 818 sq.

[108] Propria vocis *Kauphus* significatio est domus, in qva mercatura exercetur, qvalem basilicam dixere veteres Romani. Hujus veram & integram notitiam exhibet S. *Pitisci* Lexicon Antiqvitatum romanarum Tom. I. p. 263-64 his verbis: "*Basilica* primis Romano-"rum seculis fuit magnificentior in urbe domus, columnis — superba, figuræ oblongæ..... "exercendis judiciis & *negotiatorum* conventibus destinata, non admodum hodiernis *byr*-"*sis* dissimilis. In singulis erecta erat basilica ut litigantes, contra aeris injurias — sub "tecto agerent. Hinc factum, ut Basilica *fori* nomen sæpe absorberet Sed antiqvata jam "cæterarum appellatione, solum qvatuor primaria Urbis templa Basilicæ dicuntur, Latera-"nensis, S. Petri &c. qvia non dissimilia Basilicarum veterum sunt: imo prorsus eo modo "ac partibus exstructa, qvibus basilicæ exstruebantur." Hac descriptione perpensa, inprimis mihi arridet sententia, qvam suam vocat Vir Illustrissimus, Collega conjunctissimus, *B. Thorlacius*, hic nempe intelligi aream, tunc ante ædem sive Basilicam S. Petri existentem tectoqve ambulacro cinctam, in qvo venalitiarii suas forsan habuere tabernas *(H. Stephani* Thes. L. Lat. in h. v.) Tali etiamnum superbit hodiernæ Romæ Bas. S. Petri (Piazza di S. Pietro) qvæ in Ichnographia Nolliana U. Romæ *forum S. Petri* audit.

[109] Basilica S. Petri Apostoli in Vaticano: "cui in magnitudine non est similis ec-"clesia in universa terra" *(Bernardi* Monachi Itinerarium 870 in A. Sanct. Ord. Bened. Sec. III. P. II. p. 525); qvam "unam (juxta *Panvinium* l. c. p. 50) præ ceteris *gentes extremæ* ca-"tervatim visitare semper solitæ fuerunt."

[110] "Corpus S. Petri... sub *altari* majori... Silvester & Constantinus... colloca-"runt. Primo, fabricarunt ei insignem thecam argenteam ære undiqve & cupro conclusam, "qva decentius conditum esset"... *Panvinius* l. c. p. 39. Verum de carcere Apostoli ejusve loco supplicii in hac æde, nil usqvam repperi, nec conciliari potest Nostri de his relatio, vel cum ecclesia S. Petri in carcere in radice Capitolii, ubi Apostolum in carcere detentum fuisse, vel cum ecclesia S. Petri Montis aurei s. Montorii, ubi eum cruci affixum fuisse, vetus est traditio; cfr. *Grævii* Thes. Ant. Rom. IV. col. 1208.

[111] A nemine M. AE. scriptorum hujus templi magnitudo indicata mihi occurrit, nisi, mensura arabica, a *Geographo Nubiensi* (Paris 1819. 4.) p. 224.

[112] De corporibus Apostolorum, æqvali portione in utriusqve basilica, jam a P. Silvestro, divisis vid. *Panvinius* p. 40, 68.

[113] De altari S. Silvestri Papæ, in qvo ejus brachium reconditum erat, vid. *Franc. Cancellieri* de Secretariis Bas. Vat. T. IV. p. 1830; cfr. III. p. 1492. *Panvinius* p. 42. Gregorius M. in Bas. S. Petri sepultus erat; Gregorius vero IV. ejus corpus in alium locum ejusdem ecclesiæ perduxit, ejus sacrum altare exornavit & Oratorium Sancti nomine insignivit. *Cancellieri* l. c. II. p. 672-75, 690. *Panvinius* p. 44.

[114] Intelligitur Obeliscus, olim in circo Neronis — dein pone sacrarium veteris Bas. S. Petri, jam vero a Sixto V. in area ante hodiernam Basilicam erecta. Vocabatur ab imperita vulgo *Julia S. Petri* (qvod in vertice ejus, cineres Julii Cæsaris conditi credebantur), *Agulea S. Petri, la guglia di San Pietro. Cancellieri* l. c. T. III. p. 1121, 1123-24. Utrum vero denominatio islandica ab isto *Agulea* (qvod ab *Acu* ɔ: *nál* derivarunt), an ab ipso monumento in acutum surgente, orta sit, in medio relinqvam.

[115] Eodem fere modo de hoc loqvitur *Itinerarium Benj. Tudelensis* ed. l'Empereur (Lugd. Bat. 1633. 8.) p. 14: "Alia etiam sunt Romæ ædificia ac opera, qvæ *nemo recensere* "*qveat*." E contrario, *Geographus Nubiensis* p. 224, Romæ extare mille ducentas ecclesias, numero rotundo asserit.

[116] Mons Cælius, postea ex permultis familiæ Lateranensis palatiis hic sitis Lateranensis dictus, in Romæ parte australi jacuit.

[117] Credo hic intelligi Tusculum, postea *Frescata* (Anastasii Vitæ Pont. *Muratori Scr.* III. p. 239) nunc *Frascati*, antiqvam civitatem episcopalem, secundum Itineraria Romanorum, XIImo a Roma milliari remotam.

[118] Ferentinum rec. Ferentino, Fiorentino, civitas episcopalis in via latina.

[119] Ceparanum in terra Campaniæ (*Muratori* Scr. V. p. 44), nunc villa Ceprano.

[120] Intelligitur fl. Liris, Garilianus, juxta Ptolemæum, Campaniam felicem a Latio disterminans. Qvalem de Italia notionem geographicam conceperint Islandi, hic paululum disqvirere, haud abs re duco. Nulla Italiæ appellatio generalis, qvantum ego scio, apud Islandos occurrit (unde igitur *Ruminaland* in Tabula geogr. *Hmskr.* T. III?) nisi per periphrasin *fyrir sunnan fiall.* Italia ad fl. Lirin usqve dicebatur κατ' ἐξοχὴν *Italia*, complexa iterum *Longobardiam* (Langbardaland, Lumbardaland, Lumbardi) ab Alpibus & Monte Bordonis terminatam (cfr. de finibus Longobardiæ majoris *Muratori* Scr. X. col. XLVII), & *terram Romanam* (Romaborgarland, Romveriarike). Per Longobardiam in Inscriptionibus runicis (*Cochlæi Vita Theodorici* p. 479) sine dubio intelligitur Italia universa. De *Tuscia* vid. supra Ann. 86. Italiæ, fl. Liri ad austrum, apud Nostrum exhibetur et politica denominatio *Sikileyarriki* (qvemadmodum in Bened. Petrob. Vita Henr. II. *Scr. Rer. Gall.* T. XVII. p. 501: "*Garilia* est divisio terræ Romanorum & *terræ Regis Siciliæ*") & geographica *Pul, Pulsland* (Apulia) æqve ac *Campania* Islandis nota (cfr. *Scr. Rer Dan.* II. p. 56). Eosdem vero sub nomine *Apuliæ* non solum Italiam inferiorem, verum etiam subinde universam Italiam cogitasse (*F. Johannæi* Hist. eccl. Isl. I. p. 217), ideis Medii ævi geographicis minime obversatur, nam Sec. XIImo & aliqvanto etiam post, passim unius *Apuliæ* absoluto nomine cunctam Italiam cis Tiberim exteri occidentales nuncuparunt. *Muratori* Scr. X. col. CCXC; cfr. *C. Peregrini* Diss. de Campania felice ed. *Al. Duker.* col. 52.

[121] Sine dubio Aqvinum (rec. Aqvino) in terra Laboris, antiqva civitas episcopalis.

[122] Loqvitur hic de celebri, in Monte Cassino Sec. VIto fundato monasterio Ordinis S. Benedictini, ad qvod jam a Medio Sec. XImi "partim — templi tam vulgati & tam

"celebris contuendi, partim deniqve in hoc sacrosancto coenobio conversandi & Deo, qvoad "viverent, serviendi, multi ex multis & *extimis* terrarum partibus cepere confluere;" *Leonis Ostiensis Chron. Mon. Casin.* in *Muratori Scr.* T. IV. p. 450. Ex hoc chronico, totam Nostri relationem, qvantum sufficit, illustrare licet. Sic, qvoad *arcem* legitur, jam Sec. IXno "totum monasterium, qvod sursum erat, muris ac turribus firmissimis in modum *ca-"stelli* munitum fuisse" p. 309. De ecclesia S. Benedicti Sec. VIIIvo primum ædificata vid. p. 275-291. De ecclesia S. Martini a Patre Benedicto constructa, postea vero ampliata & A. 1090 dedicata, in cujus altari reliqviæ Mathæi Apost. & Martini Ep. reconditæ erant vid. p. 494-95. De eccl. S. Andreæ 1093 dedicata p. 496; de eccl. S. Mariæ jam Sec. VIIIvo juxta eccl. S. Benedicti exstructa p. 276; de eccl. S. Stephani A. 1103 dedicata p. 507; de eccl. S. Confessoris Nicolai circa A. 1000 constructa p. 355. Ad qvatuor ecclesias, a Nostro non nominatas, tum referendæ sunt Ecc. S. Michaelis Arch. Sec. VIIIvi p. 275-76, S. Angeli & S. Martyris Apollinaris p. 294. Cæteroqvin fæminis, in ecclesiam M. Casinensem uti in plures monachales ecclesias, interdictum fuisse aditum, observavit *Mabillon* Ann. Ord. S. Bened. I. p. 86, 87, 113.

[123] Oppidum S. Germani cum altero monasterio ad radices M. Cassini situm.

[124] "Harum provinciarum caput *ditissima* Beneventus." *P. Warnefridi* Hist. Longobard. L. II. c. 20. Sedes fuit Archiepiscopalis ab A. 969.

[126] Sipuntum, urbs ævo antiqvo celebris, a Sec. XIImo ineunte paullatim collapsa, & postremo omnino vastata, ex cujus ruinis circa medium Sec. XIIItii, sexto milliario distans Manfredonia exstructa est, qvo etiam sedes Archiepiscopalis, jam A. 1034-44 constituta, translata fuit; *Ughelli* It. sacra X. col. 810. Ad montem Garganum, sacris Archang. Michaelis famosum, jam a Sec. XImo Normannorum e Gallia incepere peregrinationes religiosæ (*Suhmii* Hist. Dan. III. p. 486, 612). Sacri hujus loci conditio ita, Nostri sat congrue, describitur in *Actis Sanct.* Sept. Tom. VIII. p. 58: "In summitate M. Gar-"gani..... positum est oppidum S. Angeli — unde, *mons* ipse aliqvando *S. Angeli* nuncu-"patur..... In hoc S. Angeli oppido visitur sacrum *antrum* s. ecclesia toti orbi celeberrima "titulo S. *Michaelis* Archangeli." Commemoratur qvoqve "Altare — *rubro* contectum *pal-"liolo*" (Nostri sudario) p. 62.

[127] Ant. Barulum, rec. Barletta. Hinc sexto milliari distat Tranum rec. Trani, ante Innocentium III. sedes archiepiscopalis, (*Swinburne* Reisen durch beide Sicilien, übers. von Forster I, p. 214), a cujus portu commodissimo transfretabant Hierosolymam versus. *Itiner. Benj. a Tudela* p. 17.

[128] Vigiliæ rec. Bisceglia, a Trano qvatuor milliaribus remota est, civitas episcopalis (*Swinburne* l. c. *Ughelli* It. S. VII. col. 935).

[129] Melphictum, Melfitum rec. Molfetta, qvo a Vigiliis tria sunt milliaria. Habuit sedem episcopalem (*Swinburne* l. c. *Ughelli* I. col. 916).

[130] Juvenacia, Juvenacium rec. Giovenazzo, sedes episcopalis, duodecimo a Bario milliari remota. *Ughelli* VII. col. 720.

[131] Bario rec. Bari, cathedra Archiepiscopalis minorem conciliavit gloriam qvam reliqviæ S. Nicolai, de qvibus hæc in *Ughelli* It. sacra T. VII. col. 592: "omnium hujus ci-"vitatis ecclesiarum celeberrima est S. Nicolai.... maxima parte ejus ossium prædives, unde "liqvor humanus corporibus salutaris manat, ad qvod visendum & venerandum peregrini "confluunt, non modo finitima ex provincia, sed ex *remotissimis* regionibus. Translata

"fuerunt ejus lipsana ex Myra Civ. Lyciæ ad Barensem Civ. A. 1087, cujus translationis me-"moria in romano Martyrologio agitur d. 9 Mai." Per *remotissimas* regiones hic etiam intelligi nostrum Septentrionem, arguunt *Knytl. S.* p. 148 (de Erico bono) & *Hungrvaka* p. 115; errat igitur *F. Johannæus* H. ecc. Isl. I. p. 217, hocce *Bar (terram Barensem, A. Sanct.* Febr. III, p. 112) per Barbariam africanam interpretatus. Translationis ejus mentio fit in *Hungrv.* p. 66 & in *Ann. Isl. Reg.* in *Scr. Rer. Dan.* III. p. 47.

[132] Vet. Alba longa, hod. Albano, civitas episcopalis.

[133] Intelligitur hic manifeste famosa illa *Via Appia* "regina viarum," a Roma per Italiam inferiorem, trans mare in Græciam & Asiam ducens. Cum a Roma Brundusium usqve protendebatur, milliaria vel 380 (190 leucas gallicas) vel 360 (180 ejusmodi) æqvabat hæc via, *(N. Bergierius* de Imp. romani viis in *Grævii* Thes. Ant. Rom. X. col. 158) cui obeundæ trium tum hebdomadum iter bene sufficiebat. Pontem (*bru*) sine dubio eam vocavit Noster, qvod a Trajano Terracinam usqve trans paludes Pontinas continuata fuit, *magnis* spatiosisqve *molibus* & *aggeribus* injectis (ib. col. 51). Huic restitutori & continuatori debuit nonnunqvam appellationem *Trajanæ*, qvæ errore scriptorio forsan transiit in Nostri *Flaiansbru.* Qvod attinet encomium, qvo hic extollitur, dignum erit, qvod cum hoc conferatur, testimonium *Bergierii* l. c. col. 30. "Via.... uti ratione temporis "prima est omnium, sic & pulchritudine & *magnificentia* sui operis — sive qvis considc-"ret illius *longitudinem* sive latitudinem & crassitudinem tesserarum, qvibus strata est, sive "formam temperationis sive artificium juncturæ."

[134] Ant. Anxur. rec. Terracina; sedes episcopalis. Floruit ad tempus Alarici, qvo flamma & ferro vastata (de Romanis perperam loqvitur Noster) in pessimum dein statum abiit. *Contatoris* Hist. Terracinensis. Romæ 1706. 4. p. 37.

[135] Rec. Fondi, civitas episcopalis.

[136] Garda est vel castrum Garilianum prope amnem ejusdem nominis, *Muratori* Scr. X. col. CCLXIX, vel haud procul dissitum Castrum Cajetanum s. Gaietanum (Gaeta) ib. col. CCCIII.

[137] Monopolis, rec. Monopoli, ant. Egnatia, Civitas episcopalis ab A. 1059. *Ughelli* I. col. 961.

[138] Brundusium, "qvo desinit itala tellus," *Silius Ital.* Lib. VIII. v. 576. Qvemadmodum Noster, *Geogr. Nub.* p. 228 observavit hanc urbem esse "mari Venetorum oppositam." Dicitur hoc mare in Fragm. geogr. in *Scr. Rer. Dan.* II. p. 37 *Feneyabotn*, qvem *(Venetiarum sinum) Ughelli* (It. sacra V. col. 1157) inter *Brundusium* & Aulonis portum incipientem, describit.

[139] Dicitur *Fenedi* in *Knytl. S.* p. 148. Per Patriarchatum Veneticum, hic proprie intelligendus est Patriarchatus *Gradensis*, vid. *Ughelli* T. V. col. 1079. De translatione corporis Ev. Marci Venetias & in ecclesiæ ejusd. Sancti depositione vid. *Fl. Cornelii* Eccles. Venetæ antiqvis monumentis illustr. Decas XIII. P. I. p. 7 sq. Commemoratio Evang. Lucæ, ætatem huic opellæ adscriptam qvodammodo impugnare videtur (cfr. Præf. p. 3) nam corpus dicti Sancti demum A. 1463 Venetias devenit *(Cornelii* Eccl. Venet. Dec. XIV. P. post p. 90). Cum vero Codex No. 194 manifeste prodat Sec. XIVti scriptorem, nescio an hic pro *Luca* legendum *Lucia*, cujus Sanctæ corpus, expugnati Byzantii spolium, A. 1204 Venetiam, in Monasterium S. Georgii delatum fuit; ibid. Dec. XI. P. Post. p. 131.

[140] Licet Dyrrachium statim post Venetias commemoratur, haud tamen credo itineratorem nostrum ex hac urbe in istam transiisse, cum ex Venetiis plerumqve trans mare

terram sanctam petere soliti essent (*F. Johannæi* Hist. eccl. Isl. II. p. 397), nec desint exempla Sec. XIImi trajectus ex Apulia (Brundusio?) in Dyrrachium; *Orkn. S.* p. 318, *Scr. Rer. Dan.* V. p. 361. De viis diversis per qvas terram sanctam adierunt Septentrionales, vid. *W. Simonsen* Nordiske Valfarter og Korstog p. 28-29. In *Orkn. S.* p. 318 vocatur Dyraksborg in Bulgaria; nunc Durazzo in Albania.

[141] Nisi Noster ex insula *Santa Maura* (ant. Leucadia) Corcyræ ad austrum, brevi ante Portum Viscardi, haud formavit suum *portum Mariæ*, nescio ubi alias hic qværendus sit.

[142] "Duæ insulæ, qvarum una dicitur *Chefeline* (Cephalonia) & altera *Fale de "Compar*, dicuntur *Portus Wiscardi;*" *Scr. Rer. Gall.* XVII. p. 534. Qvo modo D. Norm. *Robertus Qviscard* huic nomini occasionem dedit vid. l. c. p. 533. Nunc dicitur fretum Qviscardi s. Canal Quiscardo, inter Cephaloniam & Ithacam; *Cotovici* Itinerarium p. 45-46. *Pomardi* Viaggio nella Grecia 1804-6. II. p. 150.

[143] Engilsnes in *Morkinskinna* scribitur *Aungulsnes* (*Torfæi* Hist. Norv. III. p. 457). Loqvitur Noster de Capite Maleæ, hodie *Cap S. Angelo* in Morea, e regione Insulæ Cerigo. Editor *Heimskr.* T. III. p. 243 comminiscet illud cum Chersoneso Thraciæ ad Hellespontum (AEgisnes), cfr. *Orkn. S.* p. 316, qvem in Tab. Geogr. perperam ponit eo loco, ubi nunc est Cap Linquetta.

[144] Cogitavit Auctor unam alteramve ex maris AEgei insulis; qvarum pleræqve ex. gr. *Stalimene*, *Santorin*, *Milo*, igni subterraneo originem debent; immo *Thermia* nomen gerit ex thermis. Qvænam vero nomine Patientiæ (cæteroqvin nullibi obviæ) vel Siciliæ designatur, incertum est, nisi sit Insula *Naxos*, a *Plinio* Hist. Nat. IV. 22. & *Agathemere* Geogr. l. c. 5, *Sicilia minor* appellata, vel ob fertilitatem vel ob præcipuam, inter insulas Cyclades, magnitudinem, in qva tamen nulla ignis subterranei vestigia commemorant Itineraria.

[145] De hacce *Martinopoli* nil mihi constat.

[146] Nomen inprimis convenit Ins. *Cos*, hod. Stancho (ἐς τὰν Κῶ). In suspenso tamen relinqvo, anne hic cogitari posset Ins. Corcyra M. AE. Cuverfu (Corfu) cujus a Romania & Apulia distantia a Scriptore M. AE. fuse indicatur; *Scr. Rer. Gall.* T. XVII. p. 535.

[147] Intelligo hic insulam Asiæ minori proxime adjacentem, qvam a Rhodo ad Cyprum præternavigabant, qvamqve *M. Sanuti* (de Secretis infidelium in *Gestis Dei per Francos* II. p. 90) "Insuli *Castri Rozi*," *Barth.* vero *a Saligniaco* (Itinerarium terræ sanctæ T. III. c. 19) *castrum rubrum* nominabat; nunc *Castello rosso*. Haud procul hinc distant urbes Patera & Myrra, de qvibus annotavere *Emendationes Gervasianæ* (*Leibnitii* Scr. Brunsv. T. II. p. 763): "In Lycia metropolis est *Myrrea* sub qva et *Pathera*, natio "*S. Nicolai.*"

[148] Respicit Noster Veterum insulas Chelidonias, 6 stadiis a promontorio sacro Pamphyliæ remotas (*Mannert* Geogr. d. Griechen u. Römer VI. 2. p. 136-37) a *Sanuti* l. c. p. 89 *Scholia* (Scopuli) *de Chelidoniis*, in *Actis Sanct.* 22 Juli p. 320 *Chelidonium promontorium* dictas. In tabula *Blaeuwiana* Asiæ minoris occurrit C. (Cap?) *Celidonia.* Auctor vero sibimet ipsi contradicit, dum Asiam minorem & Græciam & Turciam vocat.

[149] "Inter Rhodum & Cyprum sunt syrtes, qvæ vulgo *Gulfus Sataliæ* nominantur;" *Gervasii* otia Imp. in *Leibnitii* Scr. Brunsv. I. p. 920. Appellatio islandica convenit cum sinu *Attalico* ex Atalia s. Satalia, urbe antiqva Pamphyliæ; *Cotovici* Itinerarium p. 86

[150] Sine dubio hic cogitatur urbs in qva obiit Ericus bonus, in *Knytl.S.* p. 168 *Bæsta* & a recentioribus *Baffa* dicta; cfr. *Suhmii* Hist. Dan. V. p. 109.

[151] De monasteriis cum hospitiis sive de solis hospitiis, qvibus Italiæ Medii AEvi Principes & magnates necessitati viatorum, per inhospitos saltus, per juga montium domibus, fluviosqve pontibus destitutos, iter facientium, consulebant & qvorum qvinqve a Nostro memorantur, vid. *Muratori* Ant. Ital. III. col. 576. Pietatis *Regum Daniæ*, honorificum argumentum produnt xenodochia, qvibus ii subditis suis, qvos varii generis rationes, terram adeo remotam freqventare adegerunt, hic succurrere studebant. Jam Canutus M. tali hospitii fundatione, de omnibus e regnis borealibus Romam petentibus, bene promeritus est; *Knytl. S.* p. 30. *Suhmii* Hist. Dan. III. p. 612. Binorum Xenodochiorum, qvæ prope Placentiam & Luccæ condidit Ericus bonus, mentio fit tam a Nostro (cfr. supra p. 19) qvam in *Knytl. S.* p. 150 (cfr. *Suhmii* Hist. Dan. V. p. 47). Occasione postremæ, conjecturam mihi benigne aperuit civis eruditus, Doctiss. Mag. *H. Estrup*, qvam ipsius verbis hic inseram: "Ericus bonus — *Luccæ* commoratus, in eadem urbe pietatis suæ monumentum "posuisse fertur, qvod alii monasterium scribunt, alii diversorium cum taberna s. *hospi-*"*tium*" (ɔ: spitali, sic *Knytl. S.* l. c. unicus, cum Nostro, hujus relationis fons) "peregrina-"toribus danicis commodum. Cujus de natura cum inter Nostrates parum constaret, in "ipso loco certior fieri volui & per literas doctum qvendam Luccæ degentem, *Giulio di San-*"*quintino*, qvi permittente principe Luccensi Chartophylacia patriæ urbis novissime exami-"naverat, percontatus sum. E charta igitur ecclesiæ S. Frediani A. 1099 data, edoctus sum "*Enricum Regem* (Enrico Re) qvendam, ecclesiam hanc beneficio donasse Mansorum duo-"rum (ɔ: IX. fere jugerum), ea lege, ut in templo sibi missa qvotidiana celebraretur noc-"tuqve candelæ accenderentur. Nullum alium *Enricum* h. l. dici nisi *Ericum* nostrum ratio "temporum fert, verum constans est fama, Regem amore incensum sanctimonialis, qvæ in "cænobio Eccl. S. Frediani vicino vitam devovisset, donum pro liberatione animæ illius de-"disse." Qvæ in cantilenis danicis heroicis (*Udvalgte danske Viser fra Middelalderen* I. p. 157-58) occurrunt de hospitiis, in usum Danorum Romam proficiscentium, imprimis ad hæcce a Erico b. fundata referenda censeo.

[152] Licet Editor *Hmskr.* T. III. Præf. p. XXII. jam probare conatus est *Akrsburgum* ibid. p. 240 & *Orkney. S.* p. 310, memoratum, *Akkaronem* vel *Akron* inter Ascalonem & Joppen habendum esse, credo tamen, ratione contextus, hic cogitandam Ptolomaida s. Acram. Permiscet id Noster cum Capernao, sive cogitaverit illud ad mare Galilæum, sive aliud ad mare Mediterraneum, haud procul a Cæsarea; *Bachiene* Beschr. von Palæstina Tom. II. Vol. 4. p. 183, 199.

[153] Intellige Cæsaream Palæstinæ, Acræ ad austrum; vid. *Bachiene* l. c. Tom. II. Vol. 3. p. 233.

[154] Respicit Auctor adventum classis norvegicæ ad Joppen, & in hac urbe R. Balduini cum R. Sigurdo congressum, ante expugnationem Sidonis, de qvo, *Heimskringla* tacente, verba faciunt scriptores exteri; cfr. *Torfæi* Hist. Norv. III. p. 455-56.

[155] Urbem Ascalonis in Judæa, Noster in terra Saracenorum collocat, qvia tunc temporis Saraceni, qvorum firmissimum extitit munimentum, eam tenuerunt; cfr. *Bachiene* Tom. II. Vol. 3. p. 36 sq.

[156] Acræ ad orientem sita est urbs Tyrus, cujus appellatio vernacula *Sor*, *Sur* (*Mannert* Geogr. VI. 1. p. 361) propius accedit ad Nostri *Syr*; qvemadmodum Sidonis appellatio M. AE. Sagitta, *Said* ad Nostri *Seth* & *Heimkr.* III, p. 242, *Sætt.* Tripolis urbs

Syriæ facile agnoscitur. Per *Lic* cogitavit Laodiceam ad mare Syriæ, cujus appellatio græca λευκη ακτη (littus album) et *Liga* apud *Benj. Tudelensem*, Nostri haud multum absimilis est.

[157] Plurimi scriptorum antiqvorum transformationem Christi in hoc monte ponunt. Sec. VIImo tres hic exstructæ erant ecclesiæ (*Adamnani* Libri III. de locis sanctis in *A. Sct. Ord. Bened.* Sec. III. T. II. p. 517) forsan jam Sec. XII. dirutæ; cfr. *Bachiene* Tom. I. vol. I. p. 259.

[158] Fidem faciente amicissimo Collega, Viro S. V. *Jano Möller*, nulla scriptoris antiqvi deprehenditur auctoritas, qvæ hanc Nostri assertionem, de anno Christi, cum hanc urbem relinqveret, vicesimo tertio pro trigesimo communiter recepto, ullo modo fulcire possit.

[159] Gilin s. Chilin, ultimum Samariæ provinciæ oppidum; *Cotovici* Itinerarium, pag. 396.

[160] De castello Johannis Samariæ nil repperi; Johannis vero Baptistæ reliqvias hic conditas fuisse, vetus fert traditio. Cfr. *Joh. Mandeville* Itinerarium cap. 19.

[161] Ecclesia circa puteum Jacobi exstructa, jam Nostri tempore diruta fuisse videtur. *Bachiene* Tom. II. vol. 3. p. 385-86.

[162] Intelligitur urbs Sichem, postea Neapolis, *Naplosa, Nabolos* dicta. *Bachiene* l. c. p. 353.

[163] Qvidnam hocce *Casal?*

[164] Respicit, sine dubio, hoc nomen obtortum, vel *Magdalum* oppidum *Mariæ*, milliari a Genezareth remotum (*Alb. Stadensis* Chron. fol. 187. b. cfr. *Bachiene* Tom. II. vol. 4. p. 370) vel *puteum Mariæ* haud procul a Nazareth, de qvo vid. *Bachiene* l. c. p. 100.

[165] De ecclesia S. Sepulchri conferantur annotationes in seqventem terræ sanctæ descriptionem. Hierosolymam in medio mundi sitam esse, vetus tulit traditio, loco Psalmi LXXIII. 12, "Operatus es salutem in *medio terræ*," innixa; qvocirca etiam in mappis mundi medii ævi, in medio orbis collocatur; *G. Mariti* Istoria del templo della Resurrezione, Livorno 1784. 8. p. 120-21; *Plessings* Golgatha und Christi Grab. p. 7. 414. *Mem. de l'Acad. des Inscr.* XVI. Hist. p. 185. Argumento astronomico hic allato, unicus sese obtulit locus parallelus in *Adamnani* (Sec. VII. Scr.) de locis sanctis l. c. p. 507, qvem, utpote sat curiosum, hic inserere e re duxi: "Columna in eo statuta loco, ubi mortuus juvenis, "cruce Domini superposita revixit, mirum in modum in *æstivo solstitio* meridiano tem-"pore ad centrum cæli sole perveniente, umbram non facit. Solstitio autem transmisso, "qvod est VIII. Kal. Juli, ternis diebus interjectis, paullatim decrescente die umbram pri-"mum facit brevem, deinde processu dierum longiorem. Hæc itaqve columna, qvam so-"lis claritas in æstivo solstitio meridianis horis stantis in centro cæli a regione desuper cir-"cumfulgens, ex omni parte circumfusa perlustrat, Hierosolymam orbis in medio sitam esse "protestatur." Hoc tamen axioma *Joh. Mandeville* in Itinerario cap. 14. rationibus astronomicis et mathematicis refutare conatur.

[166] Hospitale S. Johannis prolixe describitur in *Pezii* Thes. Tom. I. P. 3. p. 526.

[167] *Tiorn* (stagnum) sino dubio est lapsus scriptoris pro *turn* (turris). *Turris Davidis* mentionem fecit *Joh. Phocas* 1185, in *Actis Sanct.* Mai. T. II. p. XIII. Post hoc tempus, loco ejus, castrum a Pisanis exstruebatur (*Saligniaci* Itiner. T. VII. c. I). *Cotovi-*

cus (Itiner. p. 288) vidit reliqvias altissimæ turris qvem t. Davidis nonnulli vocarunt; cfr. Ichnogr. Hierosol. ad calcem.

[168] De templo Domini vid. seqv. Descr. t. sanctæ. "Templum qvod nunc vocant "*Salomonis*, olim fuit caput et fundamentum totius Ord. Templariorum;" *Mandeville* Itin. c. 16.

[169] Pro M. Sinai legendum M. Sion, ex plurimorum sententia in parte Hierosolymæ australi sita. Traditio, Christum in hoc monte festum Paschatis celebrasse, spiritumqve sanctum super Apostolos descendisse, jam occurrit ap. *Adamnanum* l. c. p. 508. "Ad "introitum M. Syon habetur capella et in illa . . . est pars *mensæ*, super qvam Dominus ul-"timo cænavit cum Apostolis;" *Mandeville* Itin. c. 16.

[170] De Bethlehemo dicit *Mandeville* l. c. c. 13: "nescio an aliqvam ejusdem "qvantitatis viderim *placentiorem*."

[171] Vicum (κωμην) Bethaniam Noster *castellum* vocat, juxta auctoritatem *Vulgatæ*. Ev. Joh. XI. 1. cfr. *Bachiene* l. c. Tom. II. P. I. p. 442.

[172] Qvædam itineraria, ex. gr. *Mandeville* cap. 18 et *Gvil. de Baldensel* (Hodoepericon ad terram sanctam 1336 in *Canisii Lectionibus Ant.* IV. p. 352) referunt fluvium Jordanis a mari mortuo absorberi. Proprietatis vero qvam Noster ei tribuit, qvod scil. cum mari mortuo non permisceatur, vestigia jam extant apud *Adamnanum* l. c. p. 514 et in *Sanuti* Libro secretorum fidelium Crucis (*Bongars, Gesta dei per Francos* II. p. 252), cx qvo seqventia huc spectant: "Dicunt . . . aliqvi qvod aqvæ Jordanis non intrant mare mor-"tuum, sed cum illuc perveniunt, absorbentur a terra: experti vero aiunt, qvod *intrant* "et *exeunt*." Eadem fere leguntur apud *Saligniac* T. IX. c. 6. "Jordanis *minime mi-*"*scetur* aqvis maris mortui: sed perpetuo raptu transcurrit (ut aliqvi dicunt) subtus mare "ipsum; ut alii, supra, instar olei supra aqvas fluitantis." Digna est qvæ cum his conferatur *Plinii* assertio (Hist. Nat. V. 15) eundem "velut *invitum*, Asphaltitem lacum petere."

[173] Sit Quarentena, nunc Quarantania (ex XL. dierum ac noctium jejunio). Noster, tanqvam *Mandeville* c. 17. false existimavit Christum in uno eodemqve monte et jejunasse et tentatum fuisse, licet et *Alb. Stadensis* fol. 186. b. et *Sanuti* l. c. p. 247 inter utrumqve locum distinqvat cfr. *Bachiene* Tom. I. vol. I. p. 222.

[174] Sine dubio apud *Mandeville* cap. 17 sermo est de Abrahami et castello et campis: "Mons magnus qvi vocatur *ortus* Abrahæ ex eo qvod Abraham Patr. ibi dicitur com-"moratus . . . nec distat hic mons a Iherico ultra grandem leucam."


[175] Per *Rabitaland* intelligo Arabiam s. regionem transjordanicam, vid. *Relandi Palæstina* p. 36. 197. Syria ex mente veterum comprehendebat etiam Judæam et Phœnicjam; *Mannerti* Geographie VI. I. p. 432. Sic etiam Cod. Mbr. *A. Magn.* No. 544. 4. "Þa heitir *Syrland* alt til Girclands haf."

[176] Hujus sacelli mentionem apud nullum deprehendi, excepto *Adamnano* l. c. p. 514, qvi loqvitur de "parva ecclesia, in eo (sicut traditur) fundata loco, ubi dominica vestimenta hora illa custodita sunt, qva baptizatus est Dominus."

[177] Hæc observatio haud satis perspicua, nullibi, nisi hoc loco, mihi occurrit.

[178] Locus, qvo apud Nostrum haud obscurior aliqvis occurrit; cfr. supra p. 19. Ratione contextus *Iliansvegr* significat viam ad locum qvendam sacrum, qvemadmodum *Romaveg*, *Sudrveg*; ad qvemnam vero, in ancipiti est. Si sensus est, eam a tractu inter

Papiam et Placentiam orientem versus declinare, offert sese urbs Rhæthiæ *Ilantium (Ilanz)* M. AE. *Iliande*, *Hilliandæ villa* (cfr. *Joh. Mülleri* Gesch. Schweiz. Eid. Lpz. 1806. I. p. 188) nunc qvidem exigua, olim vero spectabilis et, urbium ad Rhenum sitarum, præstantissima. Verum, omni adhibito studio, nil expiscari potui de reliqviis sancti cujusdam ibidem conditis, vel alia ratione, qvæ religiosos peregrinatores allicere posset. Si vero pro *eystra* legitur *vestra*, occidentem versus progrediendo, attingimus *villam S. Ægidii* (S. Gilles) M. AE. *Burgum S. Ægidii* in Gallia australi prope ostium Rhodani, qvæ originem debet monasterio a S. Egidio (S. Giles) ineunte Sec. VI. in valle Flaviana condito, qvod tanta gaudebat freqventia, ut A. 1116 nova basilica opus esset, (*Mabillon* Ann. Ord. S. Bened. Tom. V. p. 623). Hinc qvoqve incrementa cepit urbs, et jam medio Sec. XII. *Benj. Tudelensis* (ed. l'Empereur, Lugd. Bat. 1633. et p. 7.) refert "*Burgum S. Ægidii* ab *ultimis* usqve *terris* freqventari variis *gentibus* ac *insularibus*," unde etiam Comites Tolosani Sec. XI et XII. titulum Comitum S. Egidii sibi assumserunt. (*Hist. Gener. de Languedoc* T. I. p. 257-58). Cum fama hujus Sancti adeo divulgata esset, ut vel S. Petri Romæ et S. Jacobi Compostellæ æqvi parari posset, vero haud absimile est, istis *Benj. Tudelensis* "ultimis terris" Septentrionem nostrum qvoqve annumeratum fuisse. Attamen indicium hujus loci ab hominibus borealibus freqventati, unicum tantummodo mihi se obtulit, *Rafni* scil. *Sveinbiörnonis* fil. Sec. XII., qvem tradit historia ejus, e Norvegia ad S. Thomam in Anglia profectum et inde *Burgum S. Egidii* (hinn helga Egidium i Ilansborgi) adiisse, ubi ipsi in mentem succurrit vulgi traditio, Deum qvibusvis precibus ob meritum S. Egidii factis, satisfacturum. Sancti hujus venerationem Nostratibus haud fuisse ignotam, probare qvoqve videntur verba tertiæ partis Cod. 194, e qvo hæc edita sunt: "Egidius huilir i Provincia." Credo igitur me haud temere *viam* hanc *Iliani* per iter ad Burgum S. Egidii in Gallia interpretari, inprimis cum Medio AEvo, immo Sec. XII. haud desunt exempla talium itinerum ab ista urbe per Alpes et Longobardiam in Romam et hinc iterum illuc susceptorum; vid. *Muratori* Scr. Rer. Ital. Tom. III. P. I. p. 435.



templum domini
templum salomonis
Jorsala. borg
Jerusalem
claustra salamonis
Vicus porte stephani
Vicus porte montis syon
Golotha
ecclesia latina
porte

Descriptio qvorundam terræ sanctæ memorabilium.

In Prolegomenis ad opellam præmissam, mentio facta est descriptionis terræ sanctæ in Codice No. 194 obviæ. Eadem, ineunte Sec. XIV. scripta extat in folio membranaceo Fasciculi *A. Magn.* No. 736. Utraqve, cujus et initium et finis adest, lacunas habet; cæteroqvin talem invicem similitudinem præferunt, ut una eademqve opella censeri possint, seqve invicem facile suppleant. Num eidem auctori, cui summa illa geographica et itinerarium, an recentiori cuidam, adscribenda sit, hærens dubito; uti etiam, utrum peregrinatori cuidam religioso, an relationi talis orali, a scriptore nec semper recte intellectæ nec bene et perspicue expressæ, adscribenda. Est unica, si præmissum itinerarium excipies, qvantum scio, terræ sanctæ ab Islando facta descriptio, cum ingens harum copia, partim typis nondum divulgata, in exteris habetur, cujus bonam partem *Meuselii Bibliotheca historica* Vol. I. P. II. p. 75. sq. recenset. Harum qvasdam cum Nostra conferens, diversitates subinde offendi, ad qvas is, qui aliqvando locorum sanctorum historiam et descriptionem criticam elaborandi consilium capiat, attendere haud forsan supervacaneum ducat. Huic tractatui in Cod. 736. additur ichnographia Urbis Hierosolymæ, codici nostro coæva, penicillo haud ineleganti delineata, qvam æri incisam in calce subjungi curavimus. Ejus exemplum, minus tamen et minori elegantia elaboratum exhibet Cod. No. 544. Tales Hierosolymæ et locorum terræ sanctæ icones, a pluribus Medii Ævi scriptoribus exhibentur. Sistunt talem *Adamnanus* (A. Sant. Ord. Bened. Sec. III. T. II. p. 505. 510.) et *Sanuti* (Gesta Dei per Francos T. II.); provocat ad tales *Beda* (Opera ed. Colon. T. III. p. 363); desunt vero in Editionibus qvæ mihi ad manus fuere. Qvo omnia fere huc pertinentia, qvatenus mihi se obtulerunt, in unum conferrentur locum, excerpta qvædam ex *Kyrialaxsaga*, annotationibus inserui. Est ea fabula romanensis Islandica, cujus codex membranaceus Sec. XIV. exeunte scriptus habetur inter *Arnæ-Magnæana* No. 489. 4. (cfr. *Suhmini* Hist. Dan. Crit. II. p. 387. 625.), cujusqve caput XXXI^{mum} continet descriptionem Urbis et tractus Hierosolymitani, qvæ hic editam in plurimis refert.

Sunnan ero dyrr á kirkiu þeirri er stendr i *Caluario loco*, ok er inn kemr, er til hægri handar stuka er blodit *kom* ofan af krossi Drottins ok ser enn á blodit. Austr af stukunni er berg, ok austan (nordan) vidr bergit er vindr upp at ganga XIX pallar á bergit. Þa er þar fadms austr fra, þar er stod kross Drottins þa er hann var pindr, þar er rauf á berginu ok kem þar ofan blodit i stukuna. Sudr fra þvi er fadms til bergrifu þeirrar, er sprakk bergit fyrir, er Drottinn skaut af ser kross-treno Þvi er hann var krossfestr á sidan. Þar sudr fra vidr veggin er alltari Sancti Simeonis, þar kom ofan brefit gullritna. Vestr fra kirkiu dyrum er stuka ut(i) vegginn, ok er þar hond heilagrar Anastasie meyiar medr heilu liki hia alltare. I midiu musterinu stendr Pulcro kirkia yfir grof Drottins ok gylltir allir turnar. Austan skal i ha-

Ecclesia in Calvaria exstructa ōstium versus meridiem habet. Intranti ad dexteram se offert sacellum, in qvod sanqvis de cruce Christi manavit, cujus adhuc indicia apparent. [1] Huic sacello ad orientem mons situs est & huic iterum ad orientem (septentrionem) XIX. gradibus mons ascenditrr. [2] Orgyiæ hinc spatio ad orientem, erecta stetit crux Domini cui ille affixus interiit; ibi fissuram mons habet, per qvam sangvis in conclavi stillavit. Hinc ad austrum orgyia distat rima illa qvæ in monte orta est, ex eo qvod Dominus lignum crucis, cui posthac affixus est, deponebat. Hinc ad austrum juxta murum est altare Sancti Simeonis, ubi deorsum venit epistola litteris aureis scripta. [3] Ostio ecclesiæ ad occidentem est sacellum in muro; manusqve Sanctæ Anastasiæ virginis, cum integro corpore juxta altare conditur. [4] In medio templo ædes sancti sepulchri supra sepulchrum Domini exstructa

na ganga ok er þa fadms til þess steins [a]) er uelltr (var) til [b]) leidiss munnanum ok ma ganga umhuerfiss. Fadms uestr fra er berg þat er grauf Drottins er i. Þa er inn kemr i gröfina, er til hægri handar steinþro ok marmara stein yfir. Sudr skal ganga or Pulcro kirkiu. Opit er ofan musterit yfir kirkiunni, þar kemr ofan lios Paska aptan, *ef kristnir* menn hafa borgina, á kerti þau er þar standa fyri. Þar syngia fyri annan huern dag, *lof* Gudi þ*eir* er *hafa*, ebreska tidagiord ok alla sidu. Nordr fra Pulcro kirkiu i musteris vegginn er stuka, þar ero enn iarnuidiar er Drottinn vor var bundinn medr. Austr fra er annar stuka, þar ero enn iarnuidiar er Drottinn vor var bundinn medr. [c]) Austr fra Pulchro kirkiu er *fiögra* fadma til kors utanverds, hann er giorr af steini. Þar er háalltari i kornum ok dyrr vestan á ok gengit umhuerfiss. Fra horni korsins þvi er til landsudrs veit, er nidr at ganga i iord XI paller ok XX til sudr. Þar

a) bergs 294.
b) var af 194.
c) om. 194.

est, cujus turres omnes inauratæ. [5] Aditus in hanc ex oriente patet; exinde orgyia ad saxum, ante ostium sepulchri obvolutum, qvod circùmire licet. Hinc ad occidentem orgyia distat mons, in qva sepulchrum Domini. Sepulchrum intranti, ad dexteram se offert cista saxea marmore obtecta. Exitum Ecclesia Sepulchri habet versus austrum. Superne apertura est, per qvam, vigilia Pascali, ignis cælestis candelas ibidem accendit, si Christiani urbem tenent. [6] Ibi celebrantur alternis diebus sacra tam ebraico qvam reliqvo ritu. [7] Sepulchri ecclesiæ ad septentrionem, in muro templi est sacellum, in qvo catenæ, qvibus dominus noster vinctus erat, servantur. Huic ad orientem est aliud sacellum, in qvo reliqvæ catenæ, qvibus Dominus noster vinctus erat, cernuntur. Ab ecclesia Sepulchri ad orientem, qvatuor orgyiis distat chorus exterior, saxis exstructa. Chorus habet summum altare, ostiumqve ad occidentem; ambulacro circumdatus est. Ab angulo chori in euronotum vergente, descendendum est per gradus XXVI. au-

(8)

er kapella þar fannz kross Drottins, ok ero þar markadir krossi*a*rnir á golfinu á marmarasteini sem krossa..r lagu. Sudr fra kornum er stuka sudr i vegg... austr fyri berginu þvi, er hann var pindr á. I þeirri stendr stolpi sa er hann var bundinn vid ok bardr, adr hann væri pindr ok krossfestr. I kornum á bak háalltari er seti, þar er menn segia Drottinn varn setit hafa þa er þorngiordin var dreginn á hofud honum, adr hann væri krossfestr. Dyrr ero ok á musterinu bædi austan ok vestan. Vestr fra musterinu er kapella, þar huilir sancta Karitas medr heilu liki. Templum Domini stendr i hafum stad austr, enn i midri Jorsalaborg. I midiu musterinu stendr berg fadms hatt, enn margra fadma vidt. Þa segia menn, at Abraham hafi ferdan son sin i forn Gudi. Jarngrindum er giort umkringiss [d]) bergit. I mustarinu ero stolpar af steini badi huitum ok suortum, raudum ok blám ok grænum. Austr fra Jorsalaborg er mons Olioeti. Á fiallinu þar er hæst er, stendr Mikaels

d) umhuerfis 194.

strum versus. Ubi crux Domini reperta fuit, sacellum jam extat, ibiqve in solo, situs crucis..... marmore notatus est. [8] A Choro versus austrum est sacellum in muro, ad orientem montis, in qvo cruciatus est. In eodem ostenditur columna ad qvam ruciatus, vinctus, cæsusqve est, anteqvam crucifixus fuit. [9] In choro, pone summum altare, est sedes in qva tradunt Dominum nostrum sedisse, dum, ante supplicium crucis, corona spinis conserta, caput ei cingeretur. [10] Templum habet ostia ad orientem & ad occidentem. Templo ad occidentem est sacellum, in qvo integrum corpus sanctæ Charitatis conditur. [11] Templum Domini erectum est in loco excelso, orientem versus, in medio Hierosolymæ. [12] In medio templi est rupes orgyiæ altitudine, plurum vero orgyiarum latitudine, in qva traditur Abrahamus Deo filium suum pro sacrificio obtulisse. [13] Rupes cancellis ferreis cincta est. In templo extant columnæ lapideæ, albi, nigri, rubri, cærulei & viridis coloris. Hierosolymæ ad orientem est mons Oliveti. In

kirkia. I þeirri stendr berg hátt. Þar liggr á steinn sa er Drottinn ste á, þa er hann ste upp til himna ok ser þar spor hins vintra fotar hans, sem hann hafi berum fæti i leir stigit, XIIII þumlunga langt. Milli fiallsins ok Hierusalem er Josafadsdalr, þar er Mariu kirkia. Sunnan ero dyrr á henni ok ııȷ pallar ok XX nidr at ganga i iord á kirkiugolfit. I utanverdra kirkiu stendr alltari ok skamt vestr fra er steinþro Marie ok hualf yfir af steini. Þar er Mario klaustr. Nordr fra kirkiu er hus, þar höndlodu gydingar Drottinn ok ser þar enn fingra stadinn enn i bergi, þar sem hann stakk vid hondum berginu er illmenni hliopu at honum. Bethania kastali er sunnan undir Oliveti. Þar er nunnu klaustr. At kirkiu þeirri er leidi Lazarus. Fra Hierusalem ero ıȷ milur til Bethaniam. Þadan XII milur til rauda kastala, þadan tvær milur til Jericho. Þa tvær til Jordanar.

Monte summo exstructa est S. Michaelis ecclesia. In eadem est rupes alta, in qva saxum a qvo Dominus in cælum ascendit, qvodqve adhuc vestigium lævi ejus pedis, qvasi nudi luto impressi XIV. pollicum longitudine, præfert. [14] Montem inter & Hierosolymam est vallis Josaphat, ubi ecclesia S. Mariæ. Ostium habet ad austrum & XXIV gradus in pavimentum deorsum ducunt. Ecclesia exterior altare habet & brevi hinc ad occidentem est cista lapidea Mariæ, operculo saxeo tectum. Ibi est cœnobium Mariæ. Ecclesiæ ad septentrionem est domus, ubi Judæi Dominum comprehenderunt; signa digitorum qvibus montem contrectavit, nebulonibus eum invadentibus, adhuc in eodem apparent. [15] Castellum Bethaniæ sub monte Oliveti est, versus austrum. Ibi gynæceum sacrum. In ecclesia est sepulchrum Lazari. Ab Hierosolyma binis milliaribus remota est Bethania; [16] hinc septenis castellum rubrum; hinc binis Hiericho; hinc deniqve binis flumen Jordani.

Annotationes.

[1] Eodem fere modo a *Joh. Phoca* (*A. Sanct.* Mai. T. II. p. XIII.) commemoratur "Gol-"gatha, in qvo *Calvariæ locus* et excisa *crucis basis* et *dirupti saxi* tempore passionis "hiatus: sub qvo in cavitate lapidis . . . . scatebræ *dominici sangvinis* super eam effusæ." Cfr. *Borcardi* descr. terræ sanctæ p. 40. *Sanuti* l. c. p. 254. *Joh. Wirzburgensis* descr. terræ sanctæ in *Pezii* Thes. Anecd. T. I. P. 3. col. 516. *Mandeville* Itin. c. 14.

[2] Calvariæ diversam altitudinem tribuunt scriptores (*Sanuti* p. 254, *Cotovici* Itin. p. 155). Proxime ad Nostrum accedit *Saligniac* T. VII. c. 4. 18 gradus indicans.

[3] *Kyrialax S.* habet: "þar stendur *Simeons kirkia,* ok er þar vardveittur handleg-"gur hans yfir alltarinu; þar kom ofan bref þat, er sialfur Drottinn ritadi med sinum hön-"dum, gullstöfum um hinn helga Sunnudag; þar hanga jarnrekendur þær er vor Herra "J. Chr. var bundinn med." De hac epistola nihil omnino reperire potui. *Bernardi* itinerarium (870, in A. Sanct. Ord. Bened. Sec. IIIii T. 2. p. 525) loqvitur de "*ecclesia* ad "meridiem in monte Sion, qvæ dicitur *S. Simeonis,* ubi Dominus lavit pedes discipulorum "suorum, in qva pendet spinea Domini corona."

[4] In terræ sanctæ descriptionibus nullibi alias hujus S. Anastasiæ mentio occurrit. Qvid, si Auctor intellexerit "sanctuarium in qvo majus altare in honorem *Anastasios* ɔ: "sanctæ resurrectionis consecratum" (*Joh. Wirzburgensis* l. c. col. 519) & græcæ lingvæ ignorantia, ex gr. *ἀναςασι* finxerit nomen proprium?

[5] Loqvitur auctor haud satis distincte, dum eccl. S. Sepulchri in alio templo collocat, cum e contrario plura sancta loca illa comprehenderet. *Kyrialax Sagæ* descriptio talis est: "I Pulkro kirkiu ero standandi fimm kirkiur adrar (sed tantummodo qvatuor re-"censet). *Ein* er Krofs-kirkia, þar stendur krofs Drottins pryddur hinu skirasta gulli ok "allur settur Gimsteinum, med undarligum ok fáheyrdum hagleik. *Önnur* kirkia er yfir "grof Drottins, þar skamt ifra er berg eitt, niu fadma á hvern veg, þar er ein bora á "berginu ok stendur þar undir ein kirkia, fiogra fadma ok tuttugu á golf nidur. I þes-"sari boru sem a berginu er, stod krofs Drottins vors ok nidr igegnum þa boru rann blo-"dit ok sa stein sem er i alltarinu, ok undir var blodrasinni, er enn i Dag sem nyblætt hafi. "þar stendr *Simeons kirkia* (vid supra No. 3) .... þar i Pulkro kirkia stendur kirkia heila-"grar *Caritas,* þar hvilir hun med holldi ok hari ok heilum likama." Huic descriptioni, omnium mihi notarum in primis respondet ea, qvæ occurrit in *Bernardi* Itin. l. c. p. 524: "Intra hanc civitatem .... *qvatuor* eminent ecclesiæ, mutuis sibimet parietibus cohæren-"tes: *una* videl. ad orientem, qvæ habet montem Calvariæ & locum in qvo reperta fuit "crux Domini.... *alia* ad meridiem, *tertia* ad occidentem, in cujus medio est sepulcrum "Domini habens IX columnas in circuitu suo, inter qvas consistunt parietes ex optimis la-"pidibus: ex qvibus IX columnis, IV sunt ante faciem ipsius monumenti, qvæ cum suis "parietibus claudunt lapidem coram sepulchro positum, qvem angelus revolvit..... Inter "prædictas igitur IV ecclesias est *paradisus* sine tecto, cujus parietes auro radiant, pavi-"mentum vero lapide sternitur pretiosissimo, habens in medio sui confinium IV catenarum, "qvæ veniunt a prædictis quatuor ecclesiis, in qvo medius dicitur esse mundus." Hanc variorum ædificiorum continuitatem indicant qvoqve *Adamnanus* l. c. p. 506, *Borcardus* c. VII. §. 43, *Sanuti* p. 253.

[6] "Fyri nordan Pulkro kirkiu, standa þau kerti a marmarastolpum er himneskur "elldr kemur ofan hvert ár, laugardaginn fyri Paska ok þann hafa þeir hvert ár sidan."

Kyrialax Saga. De hocce prodigio, qvod primum innotuit Sec. IXno qvodqve adhuc qvovis anno evenire Christiani orientales sibi persvasum habent, consule qvæ collegit *Plessingius* in *Golgatha und Christi Grab* p. 352. Observatio auctoris, hunc ignem descendere, cum Christiani (non Sarazeni) urbem teneant, haud multum abludit a *Cotovici* Itin. p. 183 qvo traditur lumina accendi," cum *Catholici* ecclesiam moderentur, *Græcorum* vero "Patriarcham e silice ignem excutere."

[7] "Ok hafa þeir forna ok Ebreska alla tidagiord." *Kyrialax S.* Haud absimile est, auctorem hic cogitasse Christianos orientales, diversarum sectarum, qvi in Templo degentes cultum divinum lingvis vernaculis, et inter has qvoqve chaldaica, exercebant. *Borcardus* in *Canisii* Lect. Ant. T. IV. p. 22. *Joh. Wirzburg.* l. c. p. 530.

[8] Intelligitur hic "crypta XLII. graduum profunda, ubi S. Helena Regina repperit "tres cruces . . . ac etiam *clavos* crucis Domini." *Mandeville* Itin. c. 14.

[9] De sacello, in qvo pars columnæ flagellationis Christi erat; *Mandeville* Itin. c. 16. *Cotovici* Itin. p. 157. 163. *Kyrialax S.* addit: "ok þar er vondurinn er hann var "bardr med."

[10] Capella, in qva lapis qvo Dominus innixus, coronatus fuit; *Anselmi* descr. terræ sanctæ (1509) in *Canisii Lect. ant.* IV. p. 794.

[11] Cfr. supra Not. 5. Absqve dubio *Charitas* lapsu calami scriptum est pro Chariton. Ita enim *Joh. Wirzburgensis* l. c. vol. 530. "in qvadam Syrorum ecclesia qviescit "sacrum D. *Kariton* Martyris corporis; qvod ibi. . . fere *adhuc integrum* in qvadam lignea "arcula reconditum ostenditur."

[12] Ab ecclesia S. Sepulchri *in orientem* ad stadium habetur ædificium qvod *templum Domini* nominant. *Mandeville* cap. 15.

[13] Cfr. *Adamnanum* p. 506. Per montem (berg) hic intelligitur lapis non operatus velut *rupes* qvædam, qvales memorat *Joh. Wirzburgensis* l. c. col. 512.

[14] *Kyrialax S.* addit sacellum in monte saxis exstructum esse et vestigium lapidi sub altari condito, impressum esse. Cfr. *Plessing* Golg. uud Chr. Grab. p. 159.

[15] "Apparet impressio digitorum ejus, ac si in pasta facta fuisset; qvam impres- "sionem dicitur fecisse apprehendendo rupem cum terreretur a turbis." *Sanuti* l. c. p. 255. cfr. *Saligniac* T. IX. c. 2.

[16] Cfr. *Bachiene* l. c. Tom. II. Vol. I. p. 441.

Ad Ichnographiam Urbis Hierosolymitanæ.

Pro corrupto *Iter habitancia uulsi* habet Ichnographia Cod. No. 544. Iter... habitatio vulgi.
Lapis scitus leg. lapis scissus.
Probacie piscine ɔ: probatica piscina.
Sepulcrum Ade ɔ: Sepulchrum Adami.
Porte natus; forsan leg. Porta vetus.